

LIB. V.

De

PROCESSU CIVILI.

- Tit. I. De divisione actionum.*
- Tit. II. De processu divisione & partibus.*
- Tit. III. De actore & reo.*
- Tit. IV. De iudice, Assessore & Actuario.*
- Tit. V. De Advocatis & Procuratoribus.*
- Tit. VI. De Libello.*
- Tit. VII. De Citatione.*
- Tit. VIII. De Contumacia.*
- Tit. IX. De Comparitione.*
- Tit. X. De Exceptionibus.*
- Tit. XI. De Replica.*
- Tit. XII. De Satisfactione.*
- Tit. XIII. De Reconvensione.*
- Tit. XIV. De Litis Denunciatione.*
- Tit. XVII. De Probatione & Prasumptione.*
- Tit. XVIII. De Probatione per testes.*
- Tit. XIX. De Probatione per instrumenta.*
- Tit. XX. De Probatione per inspectionem ocularem
& calculum.*

Tit. XXI. De publicatione & disputatione probationum.

Tit. XXII. De Juramentis.

Tit. XXIII. De Reprobatione.

Tit. XXIV. De Conclusionem in causa & sententia.

Tit. XXV. De Remediis suspensivis.

Tit. XXVI. De remediis contra rem judicatam.

Tit. XXVII. De executione.

TIT. I.

De Divisione actionum.

§. 1.

Exponemus paucis de ipsis actionibus, post de processu seu modo easdem in judicio proponendi visuri. Actio nil aliud est quam jus nostrum, consideratum sub ratione litigiosi v. c. jus domini ex emto, locato, furto, negotio gesto &c. Unde tot sunt actiones, quot jura.

§. 2. Idem observa de obligatione utpote juris necessario correlato. Haec constituit debitorem, quamdiu animus solvendi in suspenso, reum autem simul ac de praefracta denegatione constat. Idcirco vitio non vertendum nobis, si levi brachio hoc argumentum attingimus. quod mutata saltim persona denuo in scenam prodit.

§. 3. Actionum divisio est in civilem & prætoriam §. 3. i. b. Utraque vel realis vel personalis vel præjudicialis. Prima quæ oritur ex jure in re. Secunda quæ ex jure ad rem. Tertia quæ ex statu personæ.

§. 4. Jus in re est, quod inhæret rei citra considerationem personæ possidentis & cum re extinguitur. Communiter huc referuntur dominium, servitus, hereditas, pignus & jus possessionis. Digressiones & opinionum varietates collige ex allegatis *supr. p. 66. §. 8. i.* Nobis nec practice nec theoretice interesse videtur, ut à communi recedamus. Modo notes actionem realem oriri quidem ex jure in re, sed non omne jus in re producere actionem realem, prout de possessione *supr. l. XV. 3. f. ex Hubero adduximus.*

§. 5. Jus ad rem dicitur etiam obligatio, licet hæc vox latius pateat per *l. XI. l. l. supr.* desinitur jus quod oritur ex facto & primo certam personam respicit, nec re interente interit, sed personam sequitur. Divisio est quod oriatur vel ex contractu vel quasi vel delicto & quasi. Ut relatum *præced. libr.*

§. 6. Jus personarum est jus ex nostra vitæ conditione & statu ortum vid. *proleg. §. 9.* Tres noscuntur actiones ex eo ortæ, de libertate *l. i. ff. de liberal. caus. de ingenuitate*

tate l. f. ff. si liber ingen. ess. di. de partu agnos-
scendo l. 3. §. 1. de alend. agnos. lib. vid. Cujac.
ad §. 13. 7 de act.

§. 7. Actiones intuitu objecti sunt,
vel rei persecutoria, vel pœnales vel mixta,
prout, vel id, quod ex patrimonio nostro ab-
esse intelligitur, persequimur vel pro læsa,
tranquillitate nostra, jus, superfluum aliquod
adjicit, vel utrumque petimus. Sed de hu-
jus distinctionis usu putidum foret adhuc
aliquid ingeminare.

* De mixtura intuitu causa efficientis diximus L.

X. §. 4.

§. 8. Actiones dividuntur in bonæ fi-
dei, stricti juris & arbitrarias actiones. Illæ
sic dicuntur A BONA FIDE, verbis à prætoris
formula suæ interseri solitis vid. omnino Gi-
phan. ad l. b. t. §. 28. Hæ vero, quia in ius
adstrictum erat ad reruncium usque ad peti-
tionem judicis arbitrium vid. Turneb. 29. Ad-
wers. 36. Arbitrariæ sunt in quibus si arbitrio
seu primæ sententiæ mos non gerebatur, Ju-
dici reum in quid gravius condemnare li-
cebat.

* Exoleta hæc omnia esse annotat Balduin. ad §.
prætercat. 7. de act. Inde inutile est querere de ra-
tione divisionis in b. f. & stricti juris. Quam ad-
fert Cicero L. III. off. à natura societatis huma-
na ea oppido falsa est. Magis arripet alia in

§. un. de oblig. ex consens. à mutuis præstationibus desumpta, licet successu temporis pro arbitrio v. c. petitiones hereditatis, dotis &c. accesserint vid. supr. t. 1. §. 26.

§. 9. Actiones sunt vel in solidum competentes, vel non in solidum. Propter beneficium competentiarum, vel aliud privilegium §. 36 *7 b. t. & sequ.* Illud certæ personæ habent vel ex lege v. c. donatores, socii, vel ex consuetudine v. c. nobiles vel ex conventionem, quæ & ex formula obligationis colligitur vid. exemplum apud Voet. *ad ff. de R. Jud. §. 46.* Circa usum fluctuant practici. vid. *Grœnevv. ad l. d. §. 36.*

§. 10. Actiones sunt vel perpetuæ * v. c. pleræque rei persecutoriarum, vel temporales v. c. quæ vindictam sapiunt pœnales. Reales ex dominio durant XX. annos. Quo tempore singulæ actiones præscribuntur à brevissimo termino ad mille annos exponit DN. Stryk *de præsc. act. annex. libr. de act. caut. elig.*

* Perpetuum notat hoc loco triginta annos, vel quadraginta post constitutiones imperatorum. Antea enim actiones revera perpetuæ i. e. semperternæ & immortales erant. vid. DN. Thomas. *de perpetui. debit. ubi & de antiqui juris justitia & de usu moderno in controversiâ eorum qui superiorem non agnoscunt.*

§. 11. Ad actionum præscriptionem bona fide opus non esse videtur, quia hæc consistit in ignorantia rei alienæ, qualis hoc loco apud debitorem non deprehenditur, vid. cap. 2. de R. I. in 6. Coccej. de fin. b. f. in præscr. Praxis tamen necessitatem b. f. ad omne præscriptionis genus extendit Gail. II. 18. n. 7. sequ. ibique citat. Unde moraliter impossibilem iudicat hanc præscriptionem DN. Thomaf. d. 1. §. 33.

§. 12. Actiones sunt vel transitoria in heredes, vel non transitoria. Jure communi transeunt ad heredes utrosque actiones ex contractu, nisi speciatim aliter conventum, vel contractus morte finiatur v. c. mandatum societas & quis de implemento agere vellet, aut continuatione ulteriore. Ad heredes actoris transeunt actiones reales. Nam respectu rei, ratio habetur possessionis, unde non convenitur tanquam heres. Ejusdem naturæ sunt actiones ex delicto. Quæ tamen si ad heredem aliquid pervenerit ex delicto passim contra eundem dantur. Mutationem juris Canonici *libr. prec.* & passim commemoravimus. Plane non transeunt, nisi litis contestatione, vel hodie citatione perpetuata, actiones, quæ vindictam sapiunt v. c. injuriarum & querelæ de inofficiose

Tit. II. De processu divisione & partibus. 592
cioso aut ingratitude vid. tit. de inoff. testam.
tit. de injur. de donat. &c.

TIT. II.

De processu divisione & partibus.

§. 1.

Licet processus sit remedium consequendi
suum, tamen antequam ad judicem eatur,
videndum annon alia ratione quis sibi con-
sulere possit. Igitur ante omnia tentanda
amicabilis compositio vid. Ziegl. de offic. jud.
concl. 21. Vel in bonum virum compromitten-
dum citra ambages & reservationem querelæ
iniquitatis. Vel quoque in certas Acade-
mias, ut pluralitas votorum observetur. Vel
in ipsum judicem præscripto distincto modo
controverfiam brevissimo tempore termi-
nandi. Vel Commissarii a principe petendi,
qui utriusque partis jura summariter au-
diant, inde transactionem tentent &c.

§. 2. Interim his omnibus non profi-
cientibus tandem ad processum recurrendum.
Processus est legitimæ causæ disceptatio co-
ram judice competente. Vocatur legitima,
quia tot actus & capita à legibus præscripta
hic observantur.

§. 3. Processus est vel criminalis, de
quo

quo postea vel civilis. Civilis est vel ordinarius vel summarius. Hic est vel summarius in specie vel executivus. Ordinarius est, ubi certæ dilationes, certa litis contestatio, certis terminis circumscripta probatio & reprobatio &c. paucis ubi nil e processus solemnibus omittitur.

§. 4. Summarius autem est in quo ista fecus se habent, & sæpius per nudam implorationem officii iudicis de dando mandato res peragitur. Causa in dubio habetur pro ordinaria. Quia summarius processus est species privilegii. Has causas fideliter recenset D. Brehme *spec. tract.* Res dependet à consuetudine, lege quidpe deficiente.

§. 5. Executivus in quo loco litis contestationis recognitio, vel diffessio, interdum sola illa, cum executione petitur, vid Carpz. *de process. tit. 1. art. 3. n. 21.* Non admittuntur exceptiones, nisi quæ in continenti probari possunt. Testes tamen non plane excludit B. Schilter. *XXXV. §. 17.*

§. 6. Ad summarium pertinet etiam processus arresti. Requisita sunt 1. ut petiturus arrestum summariter causæ justitiam demonstrat iudici. *Mev. III. dec. 35. 2.* ut probet breviter, quod necessitate v. c. propter debitoris supam ad hoc remedium recurrat, vid. *Gail. de Arrest. c. 1.*

§. 7. Est

§. 7. Est vero Arrestum duplex conventionale, quando per conventionem debitor creditori concedit, ut in casum non servatae fidei arresto contra eum utatur & judiciale, quod iudex imploratus permittit. Martini *ad process. tit. 51.* Ultimum regulariter illicitum Mev. *tract. de arrest. c. 6.* ubi tamen triginta casus licitos refert. v. Coler. *proc. execut. I. c. 2.*

§. 8. Impetratur à creditore quolibet. Etiam à liberis in bonis parentum Mev. *d. l. c. 8. n. 176.* Fidejussore licet nondum solverit Carpz. *dec. 36. part. III.* Tutore, curatore. Procuratore mandatum speciale habente. Cognatis pro cognatis Martini *d. l.* Mev. *c. 7.* Correis, sociis Berl. *I. 70. 147.*

§. 9. Impetratur in omnibus debitoris bonis. Non tamen in ipsius cadavere, licet promiserit mortuus Philipp. *ad process. tit. 51.* Nec in alimentis debitoris, stipendiis liberorum &c. Nec post motum à creditoribus concursum ulli amplius fas est arresto speciatim sibi prospicere. Carpz. *I. dec. 27. l.*

§. 10. Opus vero est post impetrationem, ut recognitionem impetrati arresti actor petat, ut impetratio registretur, arrestato notificetur, ut renovatio intra tempus praescriptum fiat & tertia vice libellus arrestatorius adjiciatur, arrestati ad justificationem & pro-

594 Tit. II. De Processus divisione & partibus.
Executionem citentur & tandem causa decidatur. vid. Keyser von Arrest. Process.

§. 11. Processus distinguitur etiam in petitorium & possessorium. Ille est ubi quaeritur de jure, quis possidere debeat, hic ubi quaestio de facto, quis actu possideat. Hinc ibi declaratio juris v. c. dominii, hic vero possessionis petitur sive restituendae seu adipiscendae &c.

§. 12. Possessorii subdivisio est in ordinarium & summarium, in illo quaeritur de justitia & antiquitate possessionis, quam magis titulata, verbo: eadem ratione proceditur uti in petitorio, in summario autem praesentis, seu uti loquuntur momentaneae possessionis ratio habetur. Illius usus est in adipiscenda, hujus in manutenenda & recuperanda possessione.

* *Rejicit quidem totam distinctionem Mindanus tr. de mandat. verum modo jam explicato admitti potest, imo causae possessionis non eadem celeritate omnes peraguntur Stryk. introd. prax. O. 1. §. 18. uti in Saxonia summaria procedendi ratio ad paucos casus restringitur v. Carpz. de proc. t. 23. art. 2. n. 32.*

§. 13. Praecipue in casibus turbatae possessionis summarissime agitur, adjungendo statim libello summariam demonstrationem actuam

Actuum possessoriorum recentissimorum & ostensionem turbationis adversarii. Unde & quantum damnum exinde actor passus brevi liquidatione simul describitur, declaratio possessionis, cum inhibitione pœnali & cautione de non amplius turbando, restitutione damni dati petuntur, *vid. supr. de poss.*

§. 14. In processu considerantur personæ actor, reus, iudex, actuarius, advocati, mandatarii &c. dein quoque partes, ut citatio, exceptio, contumacia &c. Faciamus ab illis initium.

TIT. III.

De actore & reo.

§. 1.

Actor est qui in civili causa aliquem in jus vocat. In realibus dicitur spectatim petitor. Qui semel est actor, semper talis dicitur, etiam in secunda instantia. *Cardin. in Clement. 17. Q. d. caus. poss. & propr.*

§. 2. Ut quis actor esse possit, requiritur ut habeat legitimam standi personam in iudicio. Hoc est, ut civitatis membrum sit & de suo disponere possit, ne processus fiat elusorius. Inde excluduntur banniti, prodigi, minores &c.

§. 3. Banniti enim à nostra civitate, separati & ipsis omnia civilia commoda demta sunt, in tantum, ut nequidem litem semel motam continuare possint. *P. II. Ord. Cam. 2.9. §.* Et iemand. *Mynf. III O. 30.* Bannitus autem nondum est, qui appellando contra bannum se adhuc defendit. *Mind. de Proc. III. 6. 4.* Jungunt huic excommunicatum c. *except. X. de Exc.* quod de majore excommunicatione capit *Tholos. P. III. L. 49. c. 2.* Sed apud nos casus forte non dabilis, quia majorem rejecimus.

§. 4. Minor, multo magis pupillus sine curatore vel tutore in judiciis non admittuntur, quia bonorum administratio iis deest. Quod si tamen adversarius non excipiat contra eorum personam, sententia pro ipsis lata subsistit *v. l. 1. C. qui legit. pers.* Excipiuntur quoque à regula causæ momentaneæ possessionis, alimentorum, populares &c. in quibus infantia major valide in iudicio agit vid. *Marant. p. IV. dist. 16.* de furiosis, mente captis res in sensum incurrit, quod agere nequeant.

§. 5. Interim quandoque alienationis potest esse dubia, de qua potissimum processuistas capio, de aperta enim nemo sanæ mentis disputabit. His personis civili æstimatione sunt exæquati prodigi declarati *Zaf.*

in l. 6. n. 10. de V. O. Neque hic idem favor, qui certo casu vid. §. præc. pro pupillis & minoribus militat.

§. 6. Referimus & huc propter naturalem defectum mutos & surdos. Licet sint litterati & libellum scribere, exceptionesve, legere possint vid. Stryk. de jur sens. IV. In cæcis autem res secus se habet, qui plane more miserabilium personarum statim ad principem ceteris paribus provocare possunt idem II. 2.

§. 7. Personæ illustres per l. 25. de procur. C. ab agendo arcentur, quod nec recentiore jure civili mutatum, de praxi loquitur dubitanter U. M. tit. de proc. §. 13. pœnam cessare, quæ olim à judice hoc casu & ipso actore, qui legem spreverant, exigebatur, asseritur ibid. adde Gronevv. ad d. l.

§. 7. De mulieribus prolixa est disputatio de praxi moderna, jure enim civili in judicio omnino subsistere potest arg. l. 1. §. secund. loc. de postul. l. 14. C. de proc. usus modernus autem apud plurimas gentes maritali potestati subjecit mulieres vid. plurib. Voet. tit. de judic. n. 14. Præcipue apud Württembergenses certum est vid. Wibel integr. tr. de jur. mul. & Saxones Carpz. 1. 1. 30. seq. Limitationes persequitur Rivin. enunc. jur. tit. 8.

quod mulieri interdum sit legitima in iudicio standi persona.

§. 9. De reo vix est ut peculiare regulas efformemus, quia qui non potest agere in propria persona, is nec in eadem valide rei vices sustinebit. Est enim legitima standi in iudicio persona commune requisitum arg. t. c. *quī legit. pers.* Voet. d. l. n. 20. distinctionem inter reum voluntarium & invitum ex Abbati. ad c. *cum inter X. de excepti. adfert* Rosbach. *process. civ. tit. XI.*

TIT. IV.

De Judice, Assessore & Actuario.

§. I.

In iudice consideranturabilitas, competentia & officium. Habilitas aestimatur, tum ex requisitis moralibus v. c. ut sit eruditus, humanus &c. tum civilibus, ut sit masculus, liber, orthodoxus, sensibus instructus &c. Illa huc non spectant, quia sunt virtutes. Corriguntur tamen à legibus, quae palpari possunt vitia, ut si iudex plane sit rudis, crudelis &c. Hæc vero proprie sunt huius loci, discenda potissimum ex ordinationibus specialibus.

§. 2. Præcipue iudex debet affectibus vacare. Nam quotiescunque partes observant,

vant, quod vel amore occæetur, vel abripiatur odio, totiescunque recusare eundem possunt, vel petunt, si plures iudices, ut suspensus à votando abstineat, vel ut alius adjungatur Carpz. *proc. III. 4. 87. Nov. 86. c. 2.*

§. 3. Non tantummodo recusari potest unus iudex, sed quia eadem ratio est, etiam integrum collegium Decian. *I. consil. 26. n. 2.* Si quidem maxima pars suspicione gravetur. Alias enim binis ultimis modis sibi consulere potest. Quamvis hoc in arbitrium litigantis conferat Ummius *disp. I. §. 9. n. 56.*

* Imo si non conceditur libertas totum collegium recusandi, redibit fere ad rusticos excepti suspecti iudicis, qui regulariter ab uno prefecto judicantur. Atque deterioris conditionis erunt cives, quibus ab integro collegio jus reddi solet.

§. 4. Causæ suspicionis frustra sigillatim recensentur, vel ad certos fontes reducuntur, cum sicuti amor odiumve hominum nullis finibus continentur, ita quoque causæ eorundem nullo distincto catalogo enumerari possunt vid. Pap. *t. III. pr. gloss. 6.*

§. 5. Modus recusandi non unus est, vel ut libello inseratur causa & iudici recusato exhibeatur, coram arbitris autem *l. t. C. de iudic.* vel collegis non suspectis vid. Zang. *de except. l. 4. n. 22.* probetur, vel ut per modum

dum gravaminis superiori exponatur atque commissarii & actorum avocatio petatur, vid. Strykc. *introd. ad prax. c. IX. §. 18.* vel tandem ut quis se offerat ad iuramentum perhorrescentiæ, vel coram ipso recusato, vel coram iudice superiore præstandum. Quo casu nulla causa exprimenda aut probanda, vid. Feltmann. *de juram. perborr. l. 4. n. 1.* Neque vero solum actori, sed & reo hoc beneficium indulgetur. Dissidententi Mevio respondet Feistm. *d. l.*

§. 6. Competens dicitur iudex, coram quo quis forum sortitur, seu qui de iure reum cogere potest. Recensentur autem forum domicilii, rei sitæ, contractus atque delicti. Nam forum originis hodie non attenditur vid. DN. Thomaf. *de eo qui est sine domic.* Generalissimum forum est domicilii, quod & ad actiones ex delicto *l. 19. §. f. de jud.* ex contractu & contra contractum *vid. Duaren ad tit. C. coram quo jud. rest. in int. l. 2.* actionesve reales Rivin. *d. tr. tit. XI. §. 7.* extenditur.

§. 7. Dividit DN. Thomaf. domicilium in necessarium & voluntarium, hoc rursus in juris & facti. Illud est relegatorum. Hoc autem & quidem juris viduarum filii familias, facti autem est, ubi quis habitat. Quomodo constituatur, mutetur, probetur dilucide exposuit

posuit B. Struv. *syntag. J. C. ad tit. de judic.* Utrum transeat ad heredes? sunt qui adfirmant, sed negat DN. Thomas *d. l. ubi & multis de foro vagabundi, seu, qui domicilium non habet.*

§. 8. Forum contractus est ubi contractus initus & solutio promissa. Nondum sufficit; opus enim est, ut contrahens ibi deprehendatur, vel tabernam ibi habeat, vel ut difficillime carere possit propter commercia, vel aliam rationem, loco ubi contractus conclusus est *p. l. 21. de O & A l. 3. de R. aut. jud.* Quod de contractibus dictum extenditur etiam ad q. contractus *Umm. IV. th. 1. de proc.*

§. 9. Neque vero hic differentia statuenda inter jus civile & canonicum *Stryck. U M. de judic. §. 21.* Quam late propugnat *Umm. IV. th. 1. d. l. Nam & l. 19. §. 1. ff. de judic.* terminos habiles non excludit, ut executio fieri possit. Sicuti quoque non satis est, ut debitor per locum transeat *Mev. II. dec. 260. Carpz. II. Resp. 30.* ut ibi dicatur deprehensus. Limitationes hujus fori sunt in ipsa *d. l. 19. §. l. 65. d. t. de contractu scripto vid. Carpz. de process. III. 2.*

§. 10. Delinquens sortitur forum in loco ubi delinquit, adeo ut & absens citari possit. Nec audiatur si ad suum privilegium forum provocet *Brunnem ad l. 1. C. ubi de crim.*

de crim. Si in uno loco delictum inchoatum, in altero consummatum, locus est præventioni. Farinac. q. 7. n. 46. Brunne man. d. l. n. 16. Preparatoria tamen hic excluduntur ab inchoatione. De occiso in confinio reperto, quaestio magis curiosa, quam utilis est conf. Stryck. de J. S. c. 1. D. 2.

§. 11. Forum rei sitæ tam de mobilibus quam de immobilibus prædicatur, ne incorporalibus quidem exclusis Carpz. d. l. III. art. 3. Pertinent eo omnes actiones reales puræ mixtæve. Quibus æquiparantur in rem scriptæ l. 38. inf. de jud. Cessat ibi itidem personæ privilegium v. c. quod academicus coram academia conveniendus Franzk. d. l. n. 49. Gail. l. 32.

§. 12. Speciale forum constituit continentia causæ. Dicuntur autem causæ continententes, quarum altera est alterius præparatoria, aut præjudicialis, vel si una actio ad plures personas communi nomine obligatas & sparsim habitantes detur vid. Goedd. ad c. 1. X. de sequestr. Mindan. de process. extrab. c. 1. Refertur huc & regula æquitatis, ut quis eundem contra se judicem ferat, cujus sententiam pro se implorat, seu reconventio de qua deinde.

§. 13. Fundant & forum præventio atque jurisdictionis prorogatio. Illam operatur

entur sola citatio
ult. X. de for. con
partum exp
in competent
sufficit sola com
testationem req
hodieum freq
negaphis om
§. 14. I
tim proxime su
cessibus ultimis
vel ut binc ca
judicem trahat
reconventionem
bus. Si com
videnda, vel si
v. judex dom
re potest in
prato.
§. 15. Da
negata. Cler
tumorum acad
eura. Eorum
schallatus. M
Miserabilem pe
ops.
Referuntur huc ju
de certa homin
Germania vltis d

ratur sola citatio à iudice concurrente *e. penult. X. de for. compet.* Prorogatio autem vel fit partium expressa convenuone, vel tacite, incompetentem iudicem adeundo. Illo casu sufficit sola comparitio. Hoc autem l. tis contestationem requirunt *per l. 4. C. de jud.* Est hodieum frequens, dum debitores in chirographis omni fori privilegio renunciant.

§. 14. Effectus est duplex, ut vel statim proxime superior iudex adeatur, ut in casibus ultimis de diversis rebus personisve vel ut binæ causæ, aut plures ad unum iudicem trahantur etiam inferiorem, ut in reconventionem & præparatoriis præjudicialibus. Si communis deficiat, vel causa dividenda, vel si res tantummodo diversim fite, iudex domicilii cognoscere & pronunciare potest in subsidium vicini auxilio implorato.

§. 15. Dantur quoque plura fora privilegiata. Clericorum consistoria, Academicorum academia. Camera Assessorum camera. Eorum qui in Aula serviunt Mareschallatus. Militum iudicium militare. Miserabilium personarum supremus princeps.

* *Referuntur huc iudicia diversorum Electorum de certa hominum classe in imperio. Sed felix Germania olim dum te una voluntas, una fides homi-*

hominum concordia pace ligabat. Magis adhuc practicabile est forum der Schifferdecker in causis suæ artis Salsfeldi. Si relationi facta nobis fides constat.

§. 16. Officium judicis est, ut præcipue amicabili compositioni studeat, potissimum si causa nullius momenti, litigantes pauperes cognati &c. *vid. ordin. Elector. tit. 1.* ut pauperum memor sit, sumtus vel ex arario, vel crumena adversarii ipsis subministret. Insimul tamen, ne temere litigent, prudenter caveat. Secundum acta & probata judicet.

§. 17. Dividi solet officium judicis nobile & mercenarium. Ad similitudinem sine dubio officii prætoris, quod latissimum erat. *l. 1 de jurid. & judicis pedanei, qui formulæ atque actioni inhærere tenebatur arg. l. 4. §. 8. de damn. infect.* Inde hodiernum definitur nobile, quod sponte & mercenarium, quod ad præcedentem rogationem expeditur.

* *Negari nequit, quin hoc quicquid sit, praxi confusum sit. Hinc distingui solet inter ea de quibus ex actis constat & de quibus non constat vid. Busium integr. tr. de offic. jud. Ziegl. de eod. arg. Dd. ad Inst. tit. de offic. jud. Iniquum sane est judici adeo manus ligare, ut non possit quicquid juste vereque conducit parti, in medium*

medium producere possit. Impartialitas non est sane obmutescencia. Nec partialitas exactum laboriosumve justis & injustis examen. Adde Voet. ad ff. tit. de jud. §. 49. si qu.

§. 18. De officio assessorum * apud Romanos est in t. t. de off. assess. ne simul advocati munere fungantur, ut cœpti anni integrum solarium ipsis debeatur, vid. Noodt de juris d. c. 2. Praxi debent juris, morum & consuetudinum forensium periti, legitime nati integræ famæ, juramento iudicio adstricti esse Philip. ad process. t. II. confid. 1. Officium eorum consistit in cognoscendo, votando solide, breviter, protestando & contradicendo iudicis injustitiæ vid. Rosbach. t. 7. process. civ. Neque enim meri consiliarii sunt sed conjudices.

*Germanice sapiens Schöppen v. Brummer. de scabin.

§. 19. Tandem in iudicio deprehenduntur Actuarii seu personæ, qui acta scribunt & in ordinem redigunt. Requiritur Actuarius seu Notarius ad iudicem constituendum de jure can. c. quoniam X. de probat. camerali part. I. tit. 59. & Saxonum Berlich. l. concl. 8. n. 30. officium eorum est citationes, exceptiones, testium depositiones & quæ in iudicio geruntur, diligenter annotare. Scripta ab his publica fide muniuntur d. cap. quoniam vid. plura Philipp. d. l.

TIT.

TIT. V.

De Advocatis & Procuratoribus.

§. I.

Qui à parte litigantium stat & eorum jura scriptis & ore tenus, consilioque defendit, dicitur Advocatus. Sive coram iudice sive arbitro non interest *arg. l. 1. de his qui arbit.* Admittuntur ad hoc munus, quibus vel ætatis vel naturalis defectus, aut insignis crimen commissum impedimento non est *vid. exempla in l. 1. de postul. & Fabr. in ration. ibid.* Quidam saltem à certis causis certove foro arcentur *vid. Magon. in synosur. advoc. O. II. Tholosi. l. 49. c. 6.* Clericus à lite contra ecclesiam, filius in causa contra parentem, qui certo in loco ad tempus ab advocatura suspensus est.

§. 2. In camera requiritur ut sint vel Nobiles, Doctores, Licentiatii, legitime nati, protestantium aut catholicorum religioni addicti. *Ord. Cam. p. 1. tit. 18.* Alibi, ut vel promoti, vel testimonio academico instructi, vel in Academia examinati, vel ut publicam dissertationem scripserint, solet quoque volumen Actorum eis tradi, ut referant, & quid de facto judicent, declarent. Est & in superioribus judiciis certus numerus, certa que immatriculatio,

§. 3.

§. 3. Officium eorum cernitur in observatione ordinis iudicii diligentia & fidentate *Ord. Cam. l. Tit. 64.* Tenentur enim ad restitutionem damni, negligentia vel dolo dati. *Richt. l. dec. 85.* Caveant quoque ne adversarium proscindant injuriis, nam hoc casu amisso fori privilegio, coram iudice loci conveniuntur & ab eodem puniuntur. *Faber in C. lib. VIII. tit. 1. def. 39.* Temperent sibi & à cavillatione prolixitate, impertinentibus allegatis &c. *Carpz l. 1. 79.*

§. 4. Jura sunt eorum, quod salarium exigant, ad hæredes ad similitudinum assessorum transmittant. In re sua peroratione servata, vel si concursum communi creditorum nomine moverunt, gaudent privilegio prelationis *Cz. l. 2836.* Verius quoque est, quod & adversario si in propria causa obtinuerunt, in expensas condemnato, sportulas suas petere possint. *Besold. in delib. jur. l. III tit. 1. 4.* *Bachov. ad Treutl. l. 8. 2. l. c.* Immunes sunt ab oneribus personalibus *l. 6. & 13. C. de Advoc.* Non realibus *Toming. decis. 56.*

§. 5. Procurator est, qui alieno nomine litem in iudicio persequitur, constituitur vel in rem suam, vel alienam. Est hic iterum vel voluntarius, vel invitus. Ille ab actorem per cessionem, hic à reo, si scilicet eum, contra quem regressum habet in iudicio

cio dat procuratorem l. 42. §. 2. de procur. l. 66. §. 2. de Evid.

§. 6. Constituitur per mandatum etiam tacitum *vid. supr. p. 500.* iudiciale mandatum continet distincte nomen constituentis, constituti, causæ, iudicii. Singulos actus præcipue qui alicujus momenti & speciale mandatum requirunt, v. c. delatio juramenti & relatio. Quamvis clausulam CUM LIBERA adjecisse & saltim aliquot nominatim adduxisse sufficiat Mynsig. cent. 4. O. 99. c. non potest X. de procur. in 6. Reliquæ clausulæ, modus sigillandi & subscribendi facile addiscuntur inspecta formula aliqua in iudicio ubi agimus. De heredum mentione *supra dictum.*

§. 7. Supplet mandatum præsumtio & rati habitio. Propter præsumtum mandatum admittuntur personæ sibi in linea recta junctæ in infinitum. Fratres, l. 35. 99. ne procur. Socer pro genero & viceversa. Quod latius in quibusdam ordinationibus extensum *vid. Philipp. d. iv. p. 131.* Sint tamen masculi oportet in locis ubi femina per curatorem comparent. Hahn *ad Wesenb. parat. de procur. n. 4.*

§. 8. Opus insuper cautione rati sub hypotheca bonorum, vel datis fidejussoribus idoneis, Zanger *de Except. II. c. 8. n. 39.* Exceptio-

Tit. F. De Adv.
iones vid. l. n.
com. in Comm.
§. 9. Rati
distincte acceden
proprii nos proc
ementiam autem
licitum a falso p
ur, non adver
processus ipsi qu
camera tamen
ore valide acced
dicat & alibi
ev. c. II. n. 80.
§. 10. Si
mod defectu al
mittitur, mod
enti mandato
lo prestare ve
ur an plane m
ur ff. h. i. Non
dato penitus de
§. 11. Si res
tum demum sub
tu casibus admitt
professionatus, n
ista solet accipi
§. 12. Charta
men datus perferri

ptiones vid. l. 21. C. b. l. 40. §. f. ff. h. & Brun-
nem. in Comment.

§. 9. Rathabitio ante sententiam in-
distingtè accedere potest, à domino negotii,
propter l. Vero procuratori §. f. ff. de solut. post
sententiam autem in sui tantummodo præju-
diciū à falso procuratore gesta rathaben-
tur, non adversarii, propter jus ex nullitate
processus ipsi quæsitum Mynsing. cent. I. o. 47.
In camera tamen rathabitio quolibet tem-
pore valide accedit. Gail. I. 47. quod æquius
judicat & alibi recipiendum Brunnem. prob.
civ. c. II. n. 80.

§. 10. Si mandatum quis habet, sed
quod defectu aliquo laborat, nihilominus
admittitur, modo cautionem de rato, vel suf-
ficienti mandato in proximo termino exhi-
bendo præstare velit, quod & obtinet, si du-
bitetur an plane mandatum habeat l. 33 §. ait
Pretor ff. h. i. Non autem si constat, quod
mandato penitus destituatur Schulz. obs. for.
21.

§. 11. Si res speciale mandatum requi-
rit, tum demum sub cautione rati præceden-
tibus casibus admittitur procurator, si simul
sit possessionatus, non autem si talis non
sit, & ita solet accipi l. 66. ad Scl. Trebell.

§. 12. Charta blanca sive in ea saltim
nomen dantis perscriptum, sive simul addi-

Qg tum

rum, in qua causa usus ejus esse debeat, loco procuratorii admittitur, postquam in justam formam secundum stylum curiæ redactum est. *vid. Nicol. in process. L. 1. c. 7.* Alicubi & productio litterarum mittentis requiritur.

§. 13. Solet quoque Procurator citra dicta apud acta constitui à domino adversario presente, & peti, ut constitutio protocollo inseratur. Qua ratione, plenissimam agendi potestatem consequitur, ut fere ad rixas evitandas præcipue hunc modum practici commendare sæverint. *Vultej. L. II. c. 7. n. 385.*

§. 14. Sunt & publici ac ordinarii procuratores in judiciis eminentioribus, qui eodem modo ad hanc vel illam causam speciatim constituuntur, ita tamen, ut ex eorum numero unum præcise pars assumere, & assumptus quoque necessario munus suscipere teneatur. *Mynsing. Centur. IV. O. 32.*

§. 15. Constituit procuratorem Dominus negotiorum, cui rerum administrationem atas, vel alius defectus non interdixit. Hinc non tutor, curator, syndicus, procurator, sed illi actorem dant, qui actorio curatoriove se legitimat. Hi autem potestate substituendi facta, nomine domini substituunt. Unde nec substituti officium eorum morte finitur.

§. 16.

Tit. V. De Aduariis & Procuratoribus.
 §. 16. Co
 s, minores ab
 eodem jure. Si
 beri debet, alias
 L. M. h. c. 27. N
 illam expediri
 Hinc non
 Saxonia *vid. supr.*
 §. 17. Ho
 in litis dominu
 tus istius facti
 nes procurator
 ut tali fectioe
 Laur. Schilt. Will
 sent. ex peric.
 §. 18. O
 mnia diligent
 ter facturus.
 nullus. App
 ellationem pe
 ndis iniendi
 Huber. *pral. ad*
 T
 De
 bellus, german
 scriptura ostend

§. 16. Constitui nequeunt potentiores, minores *ob cap. 6. de procur. in d.* Infantes eodem jure. Si plures constituti, in solidum fieri debet, alias adversario salva est exceptio. *U. M. h. 1. §. 27.* Negotium omne, quod per alium expediri potest, admittit procuratorem. Hinc non criminalia, juramentum in Saxonia *vid. supra de mand. U. M. h. 1.*

§. 17. Hodie Procurator non amplius fit litis dominus, quia cessant omnes effectus istius ficti domini. Et quia hodie actiones procurator domino acquirit immediate, ut tali fictione non amplius opus *vid. pluribus Schilt. Wissenbach. h. 1. Giphhan. ad lit. C. de sent. ex peric.*

§. 18. Officium procuratoris est, ut omnia diligentissime faciat, quæ dominus fuisset facturus. Inde expedit omnes actus processus. Appellat etiam, sed non tenetur adpellationem persequi *arg. l. 9. C. de Appell. modos finiendi vid. supra Affines Defensores vid. Huber. pral. ad ff. p. 139.*

TIT. VI.

De Libello.

§. 1.

Libellus, germanice die Klage est brevis scriptura ostendens actoris petitionem & fun-

Qq 2

& fundamentum ex quo petat. Vel constat his partibus: quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo. Verum hæ circumstantiæ v. c. nomen actoris &c. per se patent. Ergo prior definitio sufficere potest.

§. 2. Fundamentum petendi secernit actionem ab actione. Nam v. c. actio emi ideo talis est, quia dico: peto quia emi; rei vindicatio, quia dico: peto quia dominus sum, & ita porro. Hinc ante omnia probe meditandum fundamentum, quo libellus fiat distinctus, quo exceptio non competens actionis possit redargui.

§. 3. Imo est & alia insignis utilitas, ut scire possis, quo dirigendæ probationes. An solidum consecuturus sis ex hoc fundamento, an tantum partem, an rem, an affirmationem, an indemnificationem, an negotium plane nullum dicere posses. Quam facile, quam breviter, quam difficile, & per quas ambages, & reliqua. Atque huic scopo inservit Illustris Strykii tractatus *de actionum genere caute investigando*.

§. 4. Illud communiter commendari solet, ut in reali actione causam seu titulum adjicias unde jus in re nactus es, quo postmodum ad alium, si hic non proficiat, descendere possis. In personalibus autem non saltim consultum est, sed plane necessarium,

Ti. I.
um, ut prater
solum simul fac
tura nomine
ad 7. de off. n. 304.

§. 5. Peti
nummum incurrer
is sit oporteat,
quidam. At
actione reali no
eius mensura,
quantitas det
V. In universali
reditate, pro
pita res heredi
actiones quæ
sum in postero
u exprimeret, u
officio judicis
pationis.

§. 6. Insuper
na, generalitate,
que vero determin
de actio, nec ante
de datur actio.
ioni conformite
tibus satis per
...

§. 7. Divisio
Causarum, pe

rium, ut præter generale obligationis vocabulum simul factum v. c. delictum, contractum nomines. Gail, *l. o. 61. n. 45.* Schneidew. *ad J. de act. n. 308.*

§. 5. Petitio quidem in sensum communem incurrere videtur, cum emotæ mentis sit oporteat, qui petere velit & nesciat quidnam. Attamen tenendum, quod in actione reali nomen, quo loco res sita, quæ ejus mensura, quæ rei mobilis qualitas, quantitasve describi debeat. *l. si in rem. de R. V.* In universali vel generali judicio v. c. hereditate, pro socio actione &c. summa capita res hereditaria, pretium inde redactum, actiones quæsitæ, fructus, redditio rationum in posteriore, res collatæ lucra & similia exprimere, utile erit. Quotricas evites de officio judicis mercenario, de justitia appellationis.

§. 6. Insuper cavendum ab obscuritate, generalitate, in reliquis omnibus. Neque vero determinative agendum, ubi rei est electio, nec alternative ubi ad unum præcise datur actio. Verbo petendum cuilibet actioni conformiter, quod ni fallor è præcedentibus satis per distincta capita describitur.

§. 7. Divisiones sunt in ordinarium & summarium, petitorium & possessorium

vid. tit. III. *preced.* in articulatam & continua serie scriptum, sed hæc fere exolevit *R. I. 1654. §.* Diesem nechst in conventionalem & reconventionalem, primæ & secundæ instantiæ.

§. 8. Adjiciuntur variæ clausulæ libello, sed magnam partem otiosæ, quas examinat Stryk *introd. ad prax. forens. c. 7. Rosbach. proc. civ. tit. 35.* Sola salutaris fere de officio judicis omni meliore modo implorando, hunc usum habere dicitur, ut virtute istius omne actori utile remedium in judicium deductum videatur. Modo libellus non aperte inepte conceptus sit. Obrecht *de form. libell. c. 16.*

§. 9. Si quis minus caute libellum formavit antelitis contestationem praxi communi eum corrigere & mutare potest. § 34. 35. *J. de act.* Sed post L. C. praxi non amplius ulla mutatio, vel correctio permittitur. Gail. *l. 74.* Potest tamen hoc casu quis liti renunciare & refusus expensis à primo principio processum incipere Obrecht *d. l. c. 20.* In Saxonia terminus est guaranda. Berlich. *conclus. 29.*

§. 10. Cumulantur sæpius eodem libello plures actiones, quod quidem de Jure Romano vix permittebatur propter nimiam separationem formularum *C. J. A. de O. & A.*

ib. 26.

ib. 26. Hodie autem perpetuo licita est cum-
 mulatio, nisi ineptitudo ab adversario pro-
 betur, cujus tria exempla adfert Cz. L. II.
 resp. 53. Non nocet sola contrarietas actio-
 num si commode in subordinationem resolvi
 potest v. c. si quis simul retinendæ & recupe-
 randæ possessionis agat. Schilt. XIII §. 14.

§. II. Effectus libelli sunt eidem, qui
 olim Litis contestationis, uti aliquoties in-
 nuimus. Inde res fit litigiosa, præscriptio
 interruptitur, actio perpetuatur, mora in-
 ducitur, cum ab eo processus seu iudicium
 incipiat. Nec hodie ut olim ad tempus in
 jure versamur vid. Obrecht. d. l. c. 17. Neque
 distinguendum inter iudicem & partes. Lis
 enim habet unum & simplex initium, atque
 sine his tribus personis ne ad momentum
 quidem iudicium concipi potest.

§. II. Transmittitur iudici libellus,
 cum petito ut parti adversæ communicet &
 citet. Repetitur postea vel verbotenus, vel
 relative in iudicio, ut adjungatur supplica,
 pro impetrando processu magis civilitatis est,
 quam justitiæ. Nam ad reddendam hanc
 iudicia sua natura ordinata sunt.

TIT. VII.

De Citatione.

§. 1.

Est maxime necessaria pars iudicii citatio, ubi tamen periculum in mora à præcepto atque inhibitione iudex incipit *Græv. concl. 6. n. 3.* Imo quoties ex actu alteri non contingit præjudicium, citatio omitti potest. *Menoch. L. l. A. 17. n. 9.*

§. 2. Forma citationis ex perfectis citationum exemplis facilius intelligitur, quam ex regulis. Causæ expressio requiritur, quo possit deliberare citatus, quid in illa sibi agendum. Verum regulariter libelli copia *per R. l. 1654. §. 34.* transmittitur, unde satis instrui potest. *Brunnem. proc. civ. c. 3. n. 13.* Tempus vel die expresse nominata, vel certo spatio, ab insinuata citatione computando, præfinito, adjicitur. *Carpz. proc. tit. 7. art. 2.*

§. 3. Insinuanda est emissâ citatio per nuncium juratum regulariter *Gail. I. O. 153. n. 4. 6.* vel aliam personam, modo ista se insinuasse juret. *Carpz. d. l. si plures cohæredes & litis confortes singulis in specie insinuatio faciendâ est. Berlich. I. conce 10. n. 44.* Secus se res habet, si universitas citanda,

ubi

ubi non singulorum nomina exprimenda sufficitque si citatio capiti, vel primariis insinuatur.

§. 4. Annotatur autem in protocollo cui commissa citatio, subjuncta postea relatione nuncii cui & ubinam insinuaverit. Quandoque jurato nuncio deficiente, ab alio latore schedula, vel uti in foro loquuntur, recepisse adferri solet. Plane si nemo citationem acceptare velit convocatis testibus ædium valvis affigitur. vid. Brunnem. de proc. d. l.

§. 5. Sed hæc in citatione scripta privata observantur. Interdum autem publica & edictalis decerni solet, quod toties fit, quoties propter incertitudinem loci, ubi degit citandus, multitudinem citandorum v. c. in concursu creditorum vel aliam rationem, privata defungi non licet. vid. Gail. l. 57.

§. 6. Ipsa quoque privata non semper in scriptis fit, sed nunc nudis verbis nunc plane reali apprehensione corporis peragitur. Posterior obtinet si in alia nulla securitas, prior autem in causis exigui momenti, vel quoque si partes non ad terminum juridicum, sed saltim ad audientiam venire jubentur, ubi nuncium misisse in foro satis habetur. vid. c. 6. X. de dol. & contumac. Et quidem ut vel ad faciem vocetur, vel ad domum, si

latitet, vel personaliter citari non possit.
Vant. *de null. ex defic. cit. n. 91.*

§. 7. Citat & ipse iudex viva voce si partem in conspectu habet. Quod & tacite factum videtur terminum ipsis ad actum aliquem *v. c.* ad articulandum præfigendo. Vant. *d. l. n. 82.* Atque hæc citatio propter auctoritatem citantis eo facilius probatur, & fraudis præsumptionem excludit.

§. 8. Si propter connexitatem causæ vel ad dicendum testimonium citandus, qui citantis jurisdictioni non subest, per litteras subsidiarias, quæ brevem facti narrationem & quare alterius subditi præsentia, vel testimonio egeamus, continent, cum adjuncta oblatione ad paria reddenda in eadem necessitate, citatio fieri solet. Tali requisitione interdum honoris ergo opus est, licet mediate citanti subsit ad iudicium vocandus.

§. 9. Ratione comparitionis citatio est vel simplex vel peremptoria, illa quæ comminatione destituitur, hæc, quæ eandem & quidem pro re nata variam annexam habet, posterior saltim hodie frequentatur *teste Brunnem. d. l. c. 3. n. 29.* Eadem ratione est vel monitoria, vel arctatoria, illa saltim monet actum geri, ubi forte citandus aliquid monere possit *v. c.* publicationem sententiæ. Hæc autem concertationem cum citando conti-

Tit. VII.
continuantem el
opus indicat.
§. 10. Ra
item à capite
specialis ad cert
requeratur.
per loci distant
§. 11. Ci
eraliter omnis
v. c. fidei iuror a
debitoris princ
rum, qui suis
procuratores,
humili de maj. et
§. 12. In
num inferre
neque de R.
actus citatio
is præced. tit.
jurisdictione
væ prævention
§. 13. Exce
entem vel rati
satis, interessen
væ formæ, que
pod. et dicitalis, q
de alia.

continuandam esse & hinc ipsius præsentia opus indicat.

§. 10. Ratione causæ vel generalis ad litem à capite ad calcem persequendam, vel specialis ad certum actum. Hæc fere ubique frequentatur. Istius usus est in camera, propter loci distantiam. Brunnem. *d. l.*

§. 11. Citandus est omnis reus & generaliter omnis de cujus præjudicio agitur, v. g. fidejussor ad videndum fieri excusationem debitoris principalis *L. 47. de re jud.* Loco eorum, qui suis rebus superesse nequeunt, procuratores, syndici, tutores, Gail. *I. 49. c. humili de maj. obed.*

§. 12. In omni actu judiciali, quidamnum inferre potest absenti, citatur, *l. de unoquoque de R. Jud. vid. tamen §. 1. b. & §. 10.* Effectus citationis multo magis sunt isti, quos præced. tit. libello adscriptimus, perpetuat jurisdictionem *c. gratum de offic. deleg. operatur præventionem, lius pendentiam.*

§. 13. Exceptiones formantur contra eundem vel ratione judicis, vel loci, temporis, interessentium, clausularum insuetarum, formæ, quod non contineat causam, quod edictalis, quod non in subsidium facta & aliæ.

TIT. VIII.

De Contumacia.

§. 1.

Post emissam citationem, vel partes obediunt, vel non obediunt, de illo casu *tit. seq.* Hic rursus in tres casus resolvitur, vel enim inobediens est reus, vel actor, vel neuter comparet. Qui non comparet dicitur: contumax, & ipsius inculpatio: contumaciæ accusatio, quæ peragitur à parte obediente.

§. 2. Reus jure civili demum post tertiam citationem simplicem, vel unam peremptoriam in contumacia constituitur *l. 13. §. 1. de R. Jud.* Sed hodie quia citatio non nisi unius generis §. 9. *tit. præc.* sola non comparitione reus fit contumax. Præcipue si aperte dixerit, quod citationi obedire nolit. *vid. Brunnem. d. l. c. 9. n. 7.* Neque excusatur à contumacia, si adfuit, sed sine venia iudicis iterum abiit *c. prout X. de dol. & contum.*

§. 3. Semper autem opus est, ut contumaciæ accusetur, & ut à iudice sententia desuper feratur. Marant, *part. de contum. n. 1. 2. seq.* In Camera petito proclamata & tribus effluxis iudicis, intra quas purgatio à contumacia licita est, vel ad Bannum, vel ad causæ cognitionem, vel ad immisionem in

possesionem proceditur. O. C. II. tit. 13. III.
tit. 43.

* Jure Civili distinguitur an reus contumax ante,
an post litem contestatam, illo casu immissio ex
primo & secundo decreto in actoris favorem
decernitur, vel multa injungitur l. 1. si quis in
jus voc. non ierit. Hoc autem iudex pro ratione
circumstantiarum vel absolvit vel condemnabit
contumacem l. 73. pr. de Jud. l. 13. §. 3. si quis
caut. non.

§. 4. In Saxonia reus contumax con-
demnatur usque ad legitima impedimenta.
Sed hæc contumacia purgatur, si reus impe-
dimenta postea probet etiam juramento. Vel
plane evitatur, si vel ante terminum, vel in
termino aliqualis emanendi causas alleget.
De impedimentis autem vid. Edrecht L. II.
art. 7.

§. 5. Quod si reus hac condemnatio-
ne non obstante denuo emanferit, sequitur
secunda sententia, quæ pro executione pro-
nunciat, ut scilicet executio auctoritate &
ope judicis secundum petita actoris fiat. Si
tamen actor alternative petat condemnatio-
nem ad legitima impedimenta vel ad expen-
sas, iudex in executionem reum non con-
demnat, sed in solas expensas Carpz. decis.
210. per tot. Neque vero executio minatur, si
reus terminum legitimum non habuit. Carpz.

proc.

proc. VIII. art. 4. n. 9. item si utin §. prac. reus absentiam excuset. Phil. d. l. p. 159.

§. 6. Magis frequens est altera formula accusandi contumaciam, ut actor præfens accuset contumacia reum, expensas termini frustrati, arctiorem citationem sub pœna bey Straffe Ungehorsams cum novo termino & petiti registratura perat. Ulterius autem, sub pœna denegandæ audientia, amittendæ cautionis, confessi & convicti, recogniti & simili, quæ ad statum processus quadrat, sin contumaciam denuo continuat, citari faciat.

§. 7. Sin actor non comparet in Camera distinguendum, an fiat in termino ad obtinendos processus, vel post citationem & libelli oblationem priore casu reus proclamante petito effluxisque tribus juridicis, absolutionem à termino citationis cum expensis petere potest. Posteriore autem sin emanferit ante L. C. post tres juridicas, vel absolutionem ab instantia, vel ut in causa procedatur urget. Post L. C. ad ejusdem rei instantiam ad probationem & sententiam proceditur. Mynsing Cent. 4. O. 66.

§. 8. Jure Saxonico reus absolutionem ab instantia cum refusione expensarum & cautione, si denuo actionem movere velit actor de lite prosequenda petere solet.

X pro-

Tit. VII.

process. Elect. Li
ne si absentia
ria ff. de juri.

§. 9. T

o judicio se sit
circumductus.

actor si licet p
um terminum

et.

A modis contum

multum abluat

proc. Elect.

De

Acto in Judi

nam præmissi

ne & præfixo

et veniens integ

rationem ad libe

libetis, quod re

consonam expect

§. 2. Rei ot

tas absentias pro

ctoris respondeat

ari, quod in juris

X. *process. Elect.* Liberatur tamen actor à cautione si absentia rationem reddidit *arg. l. quis injuria ff. de furt.*

§. 9. Tandem si nec actor, nec reus in iudicio se fistant, terminus dicitur fieri circumductus. Hoc videlicet sensu, ut actor si litem prosequi velit, denuo novum terminum præfigi perere necessum habeat.

* *A modis contumaciam coercendi descriptis non multum abluat. Jus Civ. vid. Martin. ad t. X. proc. Elect.*

TIT. IX.

De Comparitione.

§. 1.

Actor in iudicio comparens actionem suam præmissa gratiarum actione pro citatione & præfixo termino, denuo repetit, vel oretenus integram, vel generatim per relationem ad libellum scriptum. Et dein subnectit, quod rei responsionem desuper categoricam expectet.

§. 2. Rei officium est, ut exceptiones suas dilatorias proponat & ad petitionem actoris respondeat. Plerumque solet protestari, quod in jurisdictionem iudicis non
con-

consentiat, nisi in quantum de jure teneatur. Insuper quævis competentia juris beneficia sibi reservat. Sicuti & illud commune, ut utilissime acceptent, quæ pars altera in sui favorem dixit. Ne revocare eadem possit. Licet ab inaniis sæpissime sibi non temperent caussidici.

TIT. X.

De Exceptionibus.

§. 1.

EXceptio est responsio sive excusatio rei, quare actori secundum petita satisfacere detrectat. Vel est allegatio causæ ob quam reus se non ex voto actoris ad præstandum petitum teneri in judicio exserte declarat. Alii aliter *vid. l. 2. de Except. l. 22. eod. Fibig. in proc. part. I. c. 2. membr. 3. §. 9. ibique Schvven-dendörf. Umm. d. l. VIII. 4.*

§. 2. Exceptiones ex Jure Naturæ, civili, prætorio atque aliis legibus positivis derivantur, frustra dissentiente Ummio VIII. §. 6. d. l. Dividuntur varie in perpetuas & temporales, illæ semper, hæ vero ad tempus competunt. Regulariter omnis exceptio est perpetua. Sunt tamen temporales, quæ per modum actionis proponi possunt *v. c. non*

numo.

numerata pecuniæ *vid. l. 5. §. 2. de dol. except.*
 Vel quæ positis certis circumstantiis compe-
 tunt *v. c. competentia*, divisionis, excusio-
 nis. Adde speciatim moratoriam.

§. 3. Competunt vel causæ, vel per-
 sonæ, unde in reales & personales secernun-
 tur. Ad hanc classem spectant, quæ ex spe-
 ciali privilegio descendunt. Vel quæ par-
 tium conventionem ad certi hominis vitam re-
 stringuntur. Quatenus exceptiones ad fide-
 jussores extendantur, vel non extendantur,
 magis ex exemplis, quam regulis discitur,
vid. Umm. disp. VIII. §. 8.

§. 4. Notissima divisio est in exce-
 ptiones dilatorias & peremptorias. Quæ de-
 sumta est ab effectu, prout enim vel in per-
 petuum jus actoris excludunt, vel saltem ad
 tempus suspendunt dilatoriæ & peremptoriæ
 dicuntur. Reliquæ divisiones in nominatas
 & innominatas, in juris & facti non adeo
 magni momenti sunt.

§. 5. Cæterum de utraque peremptoria
 & dilatoria notari meretur, quot, quando,
 quomodo proponi, unde desumi, & annon
 à iudice suppleri possint. Dilatoriis tot uti
 licet, quot à natura processus instantis sug-
 geruntur, etiamsi alternativæ sint & contra-
 riæ Brunnem. *ad L. 8. §. i. de Except.*

§. 6. Dilatoriæ jure Civili & Cænoni-

Rr

co quo

co quovis tempore usque ad L. C. in iudicio opponi possunt. *l. 12. l. f. C. de Except. Coler. ad C. Pastoralis 4. X. de Except.* Hinc opposita una fit progressus ad alteram Zanger *de Except. part. II. c. 22. n. 3.*

§. 7. Hodie autem per *R. I. noviss. §. 65* soll auch hinsübro 37. in primo termino omnes allegari debent, sub pena præclusionis. Adeo ut si vel maxime dilatio petita fuerit ad proximum iudicium, nihilominus nulla mora concedatur *vid. Gamsium in not. ad dict. Recess. & Textor disput. IV. ad eund.* Quod jus plerumque statuum Imperii specialibus ordinationibus hinc inde adprobatur. *v. c. in Saxonia, Ducatu Brunsvic. Tribunali Wisnariensi &c.*

§. 8. Longius procesit resolutio gravaminum in Electoratu *de anno 1661. tit von Justit. §. 17.* quæ ad præcindendas disputationes inanes, ante citationem plane actoris, idoneitatem & libelli ex officio ab actuariis examinari & in ordinem redigi jubet. Quod nec alibi penitus negligitur.

§. 9. Primo termino exceptiones opponere nolens similis est reo contumaci, qui ad citationem non comparuit *vid. Carpz. I. const. 3. def. 6. & 9.* Nisi legitimas causas, cur non paruerit allegari possit, Ziegler. *in not. ad proc. Sax.* Excipere communiter etiam solent

exce-

exceptionem judicis non competentis, Martini de process. tit. XI. n. 44.

§. 10. Traduntur autem prædictæ regulæ variæ limitationes v. c. si judex reservavit reo exceptiones, si à sententia, quæ litis contestationem injunxit appellatum, si demum post L. C. ortæ. Si judicium retro annullent. Si adversarius non contradicit. Si omittens eas minor sit, vel alia persona, quæ in integrum restitutione gaudet. *vid. plura Martini d. l. Nicol. proc. part. I. c. 3. n. 62.*

§. 11. Modus proponendi est, vel ut in scriptis deducantur, vel ut viva voce allegentur. Modo fiat clare atque distincte Hiltrop. *in proc. part. II. tit. 12. n. 26.* Neque aliter observatur in Camera. Aliæ tamen ordinationes vel præcise scripturam, vel præcise ex prompta memoria allegationem exigunt. Accesit Camerali & Saxonum jure annexio litis contestationis eventualis. *vid. Denais. de jure Cam. tit. 309. Ziegl. ad proc. t. XI. Rivin. Specim. Except. c. 9. sub pœna solutionis expensarum.*

§. 12. Judex exceptiones dilatorias non supplet. *Mev. part. I. dec. 87. n. 3.* nisi speciali lege rationem earum habere jubeatur, *ut in §. 8. præc. vel processum retro nullum reddant.* Referunt & inepti libelli exceptionem ad eandem hanc classem *vid. Carpz. l. 2. def. 15.*

§. 13. Desumuntur à libello, persona actoris, rei, citatione judicis *vid.* Stryk. *introd. ad prax. c. IX. §. 4. sequ.* Vocantur exceptiones contra judicis personam, quod sit suspectus, vel ejus jurisdictionem, quod sit incompetens, speciatim declinatoriæ Zanger *d. tr. part. II. c. 1.* super his in Saxonia cognoscendum etiam ante eventualementis contestationem *Ord. Pr. §. 2. t. XI.*

§. 14. Peremptoriæ conveniunt cum dilatoriis, quod iudex eas non suppleat, quod plures opponi, quod viva voce, vel in scriptis secundum monita §. 11. proferri possint. Differunt autem præter effectum, quod demum post litis contestationem allegandæ sint. *Umm. d. disp. VIII. n. 57.*

§. 15. Jure Camerali Mynsing. *cent. 1. v. 24.* & in Saxonia §. 10. *O. I. d. 1.* subjiciuntur una serie ipsi litis contestationi. Potest & alibi ne nimis sparsim propositæ juris administrationem sufflamment, iudex certum tempus præfigere, intra quod omnes à reo proferendæ *vid.* *Umm. d. l. n. 60.*

§. 16. Quæ peremptoriæ exceptiones litem finitam esse inferunt *v. c.* transactionis, jurisjurandi, speciatim exceptiones litis finitæ & exceptiones litis ingressum impediennes dicuntur. Hæ statim in primo termino valide opponuntur, modo probatio earundem

Tit. X.
non è lon
in instrum
trest. c. excep
d. l. n. 57. Fr
verabilia.
§. 17. N
empla haru
Mart. d. l. 44 §
tiquis tradit
quod omnis e
tem intentata
quidabilis sit
gressum impe
d. p. 365.
§. 18. I
rectius anon
ellaram, usqu
feriarum,
esper oriuntur
sic executione
illum reddunt
nus d. l. n. 58.
Tandem iudex
repositur & pro

dem non è longinquo petenda fit, per teste^s an instrumenta autem doceantur non interest *c. exceptiones de litis contest. in 6. Umm. d. l. n. 57.* Frustra dissentiente Colero *ad c. venerabilis.*

§. 17. Neque vero opus erit sigillatim exempla harum exceptionum percerere, *vid. Mart. d. l. ad §. 7. n. 7. seq.* Sed jamdiu ab antiquis traditam regulam sequi possumus, quod omnis exceptio peremptoria, quæ litem intentatam enervat, si incontinenti liquidabilis sit simul pro exceptione litis ingressum impediende habenda sit *Umm. d. l. p. 365.*

§. 18. Dantur exceptiones mixtæ seu rectius anomalæ, quæ ante & post litem contestatam, usque ad sententiam attenduntur *v. c. feriârum, loci non tuti & similes, quæ semper oriuntur, imo & post sententiam in ipsa executione, v. c. quæ judicium retro nullum reddunt & aliæ, quas recitat Ummius d. l. n. 58. 59. Rosbach. proc. civ. t. 43.* Tandem judex de omnibus exceptionibus cognoscit & pronunciat *Umm. n. 65. d. l.*

TIT. XI.
De Replica.

§. 1.

Quod si actor ad rei exceptionem respondet dicitur replicare. Ergo replicatio est exceptionis temperamentum vel relisio *vid. Rosbach. t. 44. d. l.* Hinc reponitur à reo duplicatio, ab actore demum triplicatio.

§. 2. Ne vero partes in infinitum rixentur in dilatoriis in Camera non ultra triplicam disputare licet *P. III. O. c. t. 26.* Non tamen omne arbitrium judicis excluditur. Potest enim omnino prudens iudex secundum circumstantiarum rationem plura scripta concedere *o. c. tit. 38. p. III.*

§. 3. Desumuntur autem replicationes ex iisdem fontibus unde reus suas exceptiones derivavit. Hinc saltem meditandum, quæ objecta exceptio, quæ ad ejus validitatem in formalibus & materialibus requirantur. Ratione ista an tempus observatum, an modus, annon renunciatum. Ratione hujus an ex tali causa competat exceptio, an omni, an contra quemlibet & quæ similia.

§. 4. Tempus ad replicandum determinatur judicis arbitrio. Formulam habet *Stryck. introd. ad prax. c. IX.* Probatur replicatio

no, post pro
sui exceptio
quam actor tu
demonstravi

Tres sunt
pignorati
fatisdatio dic
pius olim p
disp. IX. n. 3.
certo cavend
ra Klein. ad L.

§. 1. l
vrias precip
ndum satisd
tatio triplex er
tum nulla ampl
speciali ordinat
tit. §. 1. Brunne
§. 1. C
gna in Saxon
habet de rec
peccatum, quia
separati process
vet de prosequae

catio, post probatam à reo exceptionem.
Sicuti exceptio demum probari solet, postquam actor fundamentum actionis idonee demonstravit Rosbach. *d. l. n. 12. 13.*

TIT. XII.

De Satisfatione.

§. 1.

TRes sunt cautionum species juratoria, pignoratitia & fidejussoria, quæ in specie satisfatio dicitur *l. 1. π. qui satisf. cog.* Hæc sæpius olim præcise requirebatur Umm. *d. l. disp. IX. n. 3.* sed hodie sive de incerto sive de certo cavendum ubique admittuntur pignora Klein. *ad Lauterb. tit. qui satisf.*

§. 2. In judicio inter exceptiones dilatorias præcipue & hæc versatur, quod actor nondum satisfecerit; jure Romano actoris cautio triplex erat *U. M. tit. qui satisf. §. 4.* quarum nulla amplius hodie frequentatur, nisi speciali ordinatione recepta exemplum *vid. ibid. §. 6. Brunnem. proc. c. 8. n. 3.*

§. 3. Cavet actor autem hodiernum aliter in Saxonia, aliter praxi communi. Ibi cavet de reconventionem & refusione expensarum, quia scilicet hoc jure reconventio separato processu tractatur. Alibi autem cavet de proseguenda lite & restituendis in casu

sum succumbentia expensis, ob simultaneum conventionis & reconventionis processum, altera cautione Saxonica cessante. Nisi causa reconventionis illiquida, vel ordinaria, conventionis autem summaria Brunnem. d. l. u. 4.

§. 4. Tenetur apud Saxones speciatim actor guarandam prestare, quæ est cautio, qua actor datis dextris, vel tactu baculi iudicis adseverat, quod libellum non sit mutaturus & reum adversus omnes, qui ex eodem capite litem ipsi movebunt defensurus. Sed de hac cessarent difficultates si exactior esset observatio §. 9. d. 1. XI. *proc. Sax. Elect.*

§. 5. Quamdiu actor nondum sueto more cavet reus non tenetur respondere ad libellum *Carpz. 1. const. §. def. 11. Berlich. 1. 20. 3.* Opus autem est ut reus in limine iudicii cautionem ab actore petat *Mev. part. 1. dec. 13.* Neque vero hic sufficit sola petitio, sed simul rationes, ob quas cautio exigitur docendæ sunt *Mev. part. III. dec. 22. & ad jus Lub. d. 3. 3. 24.*

§. 6. Prestatur ab omni actore, qui immobilia sub jurisdictione iudicis coram quo litigatur, non possidet, licet possideat in eadem provincia, vel sub communi supremo principe *conf. U. M. d. l. §. 9.* Sola spes bona talia possidendi non liberat *Berlich. d. l. Carpz.*

Carpz. *l. 5. 12.* Quamvis eadem in jure parentibus succedendi fundetur. Hiltrop. *proc part. II. tit. 30. n. 11.*

§. 7. Respicitur autem sola persona principalis. Hinc procurator admittitur modo mandans habeat immobilia Carpz. *proc. tit. IX. art. 5. n. 48.* Universitas tamen tum demum suum syndicum liberat à satisfactione, si beneficio divisionis renunciavit Brunneinan. *alleg. c. 8. n. 8.*

§. 8. Lis super re immobili à tertio mota non obest liberationi à cautione, Umm. *IX. n. 25.* Immobilibus æquiparantur annui redditus in hoc nostro argumento, *vid. supr. L. 1. tit. 11. §. 22. seq.* item bibliothecæ, tabernæ, & aliæ rerum mobilium congeries, quæ difficulter auferri possunt. Struv. *Exerc. VI. tb. 26.* De actione reali res videtur dubia *vid. Lauterb. concl. for. Exerc. VI. tb. 14.* Sane actio realis non est pro re ipsa, quicquid contendat Mev. *part. IV. dec. 303.* Neque ususfructus sufficit *l. 15. §. 1. qui satisfid.*

§. 9. Sunt & processus seu causa libera quædam à satisfactione. Sic non satisfidat diffamatus, quia proprie non est actor Gail. *l. 9. 7.* qui agit de alimentis Berlich. *d. l. Mercator in suis causis mercatoriis. Neque in matrimoniali causa satisfidari solet Carpz. d. part. 1. c. 5. d. 27. Berlich. d. l.*

§. 10. Quantitas immobilium non ex quantitate futuri petiti aestimatur, sed quinquaginta florenis in Saxonia definitur §. 2. tit. XIII. *prac. Elect.* ibique Ziegler. in not. Schvven- dend. *ad Fibig. part. 1. c. 2. m. 3. §. 13. n. 2.* Judici autem non omnis arbitrandi potestas hic ad- emta Carpz. *proc. d. l.*

§. 11. Reus hodie non fatisdat, nisi de fuga suspectus, vel prodigus sit, quo casu de non dissipando cautio exigi potest vid. *U. M. d. l. §. 11. III.*

TIT. XIII.

De Reconvensione.

§. 1.

Reconvensio est rei conventi adversus actorem eodem iudice vicisim instituta actio Rittershus. *ad Nov. part. 9. c. 17. n. 2.* Est vel juris communis sive simultanea, vel juris Saxonici sive separata. Martini *ad tit. 6. prot. Sax.*

§. 2. Sunt & alia differentia. Saxo- nica tantum locum habet in causis connexis §. 1. d. 1. De connexitate cognoscit iudex Ber- lich l. 22. *vid. tit. III. supr.* Et nec coram alio iudice separato libello proponi potest. Carpz. *L. 11. Resp. 40.* Quae omnia iure communi se-

cus

cus se habent, ubi reconvensio quancumque institui, coram quocumque iudice proponi, & in quacumque causa moveri potest. Martini *d. l.* Nec uti apud Saxones reconvensio, postquam conventioni satisfactum demum movetur.

§. 3. Qua causas tamen universalitas aliquatenus temperanda est *vid.* Brunnem. *alleg. tit. prec. §. 3.* Communiter quæ celeritatem expeditionem habere dicuntur, jure communi per simultaneam reconvensionem remorandæ non sunt Gisebert. *de reconvens. c. 13. v. c.* depositi, diffamationis, judicati, jurisjurandi, præjudicialisve & similis actio. Idem *d. l. §. c. 14.* Addit his causam executivam, momentaneæ possessionis, spoli. Rittershuf. *d. l.*

§. 4. Distinguitur quoque ratione temporis jure communi, an initio, vel minimum ante litem contestatam, an vero post L. C. reconvensionis causa in judicio moveatur. Illo enim casu demum æquis passibus cum conventioni ambulat & cum eadem terminatur Gisebert *d. tr. c. 20.* Hoc casu autem jurisdictionem prorogat, quælibet autem conventionis & reconvensionis causa separato suo processu pertractantur. Rittershuf. *l. c. Umm. disp. 10. n. 19. de process.*

§. 5. Consulit Saxonia suo reconvensienti,

nienti, ne extra connexitatem caufarum, omni remedio deftituatur, vel exotico homini irreparabili damno paratam pecuniam folvere cogatur dupliciter. Etenim in caufa reconventionis diverfa, modum conventionis coram competente iudice inftituenda commendat Berlich. 1. 22. Contra auctorem vero reconveniendum vel impoffeffionatum, vel peregrinum beneficium de poffitionis iudicati concedit §. 2. tit. 6. proc. Eleft.

§. 6. Iudex reconventionis ut fufpectus, fi nova fufpicionis cauffa oriatur, omnino rejici potefit, non obftante quod femel approbatus fit Brunnem. ad authent. Et confequent. C. de fent. & interloc. Non tamen recufatur ob competens alias personale privilegium Carpz. p. 1. c. 7. d. 1. Modo per modum conventionis de caufa reconventionis cognofcere poffit. Inde auctor in matrimoniali caufa, coram confiftorio in caufa feculari non recte reconvenitur, Gifebert. c. 26. Carpz. l. c. 7.

§. 7. Supponit quoque omnis reconventio, ut reconveniendus proprio nomine & in fuam utilitatem egerit. Neque enim procurator, tutor & fimilis recte reconvenitur Berlich. c. 1. Tandem reconventionis reconventionem in foro admittere nolunt Berlich. n. 34. ibid. Omne tamen iudiciale
arbi-

nam, ex int
reendum hi
7 n. 7. Mnd
pr. eccl. l. 12.

De litis d

Præter rec
tit reo fol
ro hac litis
noftro facta,
autem ut im
jus de jure m
w. XI. §. V.
denunciatus

§. 2. Div
voluntariam &
re fiat, five non
mittit. Hæc at
is omnino auct
res et poffe der
dece ibi neceffari
aria et denanci
lor.

trium, ex intima causarum connexitate dimetiendum hic non debet excludi Gisebert. c. 7. n. 7. Mindan. de process. c. 6. m. 9. Brunnem. jur. eccles. L. III. c. 3. §. 1.

TIT. XIV.

De litis denunciatione & nominatione.

§. 1.

PRÆTER reconventionem aliud sæpe suppetit reo solatium litis denuntiatio. Est vero hæc litis nobis motæ significatio auctori nostro facta, ut veniat & assistat, præcipue autem ut imminentem evictionem, quoad ejus de jure fieri potest amoliat. Umm. disput. XI. §. V. Vocatur cui fit denunciatio litis denunciatus & reus litis denunciatus in actis.

§. 2. Dividitur litis denunciatio in voluntariam & necessariam. Illa est, quæ siue fiat, siue non, denunciatus nil de jure suo amittit. Hæc autem, quæ sub pœna regressus omnino auctori facienda. Scilicet ubi spes est posse denunciatum nos & se defendere ibi necessaria, ubi vero nulla ibi voluntaria est denunciatio Mart. ad t. XIV. proc. Sax.

§. 3. Et

§. 3. Est vero litis denunciatio adeo necessaria, ut licet denunciandus sciat litem moveri denunciaturus *l. 8. l. 17. §. 20. C. de evict.* vel in iudicio præsens sit *Brunnem. ad l. si ideo §. 1. ff. d. 1.* vel ab actore simul citatus non comparuerit *Carpz. L. III. Resp. 16. n. 9.* tamen non sit omittenda. Quia irrequisitus non tenetur alteri operam suam obtrudere *Franzk. ad ff. tit. de evict. n. 660.*

§. 4. Traduntur nihilominus communiter quædam exceptiones. Si citatus simul cum possessore comparuit denunciandus *l. 55. ff. de evict.* Si semel ad defensionem sponte in iudicio se stiterit. Si manifesto constet ipsum in re evicta nil juris habuisse *l. 11. §. 12. de act. emt.* Si studio deliteat *d. l. 55. §. 1.* Si minori res evincatur & hoc satis notum sit denunciando. Quia ea quæ saltim ad solennitatem spectant minoribus ubi de damno vitando agitur, remissa videntur. Quod & ad personas alias quæ jure minorum gaudent, extendendum putarem vid. quos citat *Brunnem. de jur. eccles. L. II. c. 15. §. 4.* confer de hoc & aliis huc spectantibus *Caballin. de evict. §. 3.*

§. 5. Forma est, ut denuncians exceptionem litis denunciacionis in iudicio opponat, petendo ut iudex libellum cum documentis litis denunciato transmittat, citet & ut

et pauper
d. ipius den
pplem. ad
iat denuncia
non sufficiunt.
Zieg. ad l. XI
Marini ibid. n.

§ 6. F

et à quo rem
causa onerola
divisione, tran
Caballin. d. trall
cienda est ei
ctiorem tene
ubi hæc non
tatio, licet q
ad litis den
venia. vid.
lis denunciati
pon. de mand.
d. IV. rubr. n. 5.

§. 7. Au
vel hereditate a
Si heredes adhu
de manu in mar
ctorem pervenir
est necessum. P
recte fieri potest.

& ut paulisper processus sistatur, donec iste ad ipsius defensionem comparuerit *vid. Stryk. Supplem. ad c. 13. in tr. ad prax.* Necessium est, ut fiat denunciatio ope iudicis, privatae litterae non sufficiunt, nisi speciatim ita conventum Ziegl. *aa t. XIV. proc. Sax. §. 1. v. erscheinen. Martini ibid. n. 18.*

§. 6. Facienda autem est auctori i. e. ei à quo rem de qua lis mihi intentatur ex causa onerosa v. c. dote, datione in solutum, divisione, transactione habeo *vid. prolixè Caballin. d. tract. §. 3. 4.* Vel ut alii efferunt: facienda est ei qui mihi ad praestandam evictionem tenetur. Evictio sola est criterium, ubi hæc non praestanda ibi, nec litis denunciatio, licet quis regressum habeat, nam ab hac ad litis denunciationem nulla plane consequentia. *vid. Umm. d. l. n. 22.* Neque veram litis denunciationem contineri puto in *l. 10. §. pen. de mand. Quicquid doceat Martini ad d. t. IV. rubr. n. §. 6.*

§. 7. Auctore defuncto fit heredibus, vel hereditate adhuc jacente ipsi hereditati. Si heredes adhuc impuberes sint tutori. Fit de manu in manum donec ad primum auctorem pervenitur. Fidejussori ut fiat non est necessum. Procuratori sciente auctore, recte fieri potest, *vid. Umm. d. t. n. 18.* Si plu-

res auctores pluribus denunciandum. Carpz. II. 34. 29.

§. 8. Quod si denunciatus comparere nolit, continuatur processus versus denunciante[m] & per executionem res ipsi auferitur. Nam litis denunciationis non est hæc efficacia, ut reum ab actione liberet, sed tantum, ut evictionem à suo auctore petere possit. *l. 8. C. de evict. l. 53. ff. eod. tit.* Nihilominus victoria denunciantis prodest etiam denunciato, ut amplius conveniri nequeat. Carpz. III. Resp. 17. p. I. c. 26. d. 16.

§. 9. Comparentis munus est. ut denunciante[m] assistat. Potest quoque totam litem in se suscipere. Licet postea executio in rem à denunciante possessam fiat. *vid. Ziegler d. l. v. in lite bleiben.*

§. 10. Denunciationi similis est auctoris laudatio sive nominatio, quando is, qui alterius nomine possidet reali actione pulsatus nominat eum, à quo rem habet. Hujus effectus est, ut nominans plane è lite dimittatur. Modo nominet ante L. C. Nec vexandi causa potentior nominetur. *l. 20. C. qui potent. vid. plur. Martini d. t. §. 3.*

TIT. XV.

De Interventione.

§. 1.

Interventio est nova personæ ad iitemjam
 Inter alios agitatam facta accessio propter
 proprium Interesse. Hinc nemo interve-
 niens admittitur, nisi statim summarie, quid
 sua interfit, demonstrat Felin. *in c. veniens X.*
de test. & attestat. Divisio est in necessariam
 & voluntariam, verum per hanc presentem
 cum precedenti titulo misceri docet Schwen-
 dend. *ad Fibig. p. I. c. 2. m. 3. m. 226.*

§. 2. Magis fundata est distinctio in
 interventionem principalem & accessoriam.
 Vel enim quis intervenit, ut actorem plane
 submoveat, vel ut alterutrius sive actoris
 sive reo in proprium tamen suum com-
 modum assistat, *in Stryk. d. l. c. XVI. §. 8.*
 Differentia in eo conspicitur, quod princi-
 paliter interveniens novum ordiatur proces-
 sum, accessorius autem causam in quo de-
 prendit statu ulterius deducat. *Umm. D. v.*
11. 4. d. l. c. 1. m. 1. m. 1. m. 1. m. 1. m. 1.

§. 3. Intervenire licet in omni causâ
 tam summaria, quam ordinaria, civili & cri-
 minali. Speciatim in hac liberum appellan-
 do intervenire cuilibet. Quod & in causis
 §§ publicis

publicis obtinet, etiamsi non interfit privatum intervenientis Berlich. l. 25. n. 8. 9. & sic limitatur regula §. 1. Coram omni iudicio, sive ordinario sive commissariis. In omni parte iudicii ante litem contestationem & post eandem. Imo post latam sententiam. Si per beneficia suspensiva quis sententiam a viribus rei iudicatae suspendere velit. Gail. l. 0. 122. Quamvis partes sententiae stare velint. Carpz. proc. tit. 4. art. 2. n. 34. seq.

§. 4. Neque vero respectu personae intervenientis aliud requiritur, quam ut legitimam personam standi in iudicio habeat. Pro illis enim qui non habent, interveniunt tutores, curatores. Rosbach. l. 47. n. 4.

§. 5. Excipitur contra intervenientem dilatorie, quod interesse non demonstraverit, interventionem non communicaverit; peremptorie, quod ipsi non competat interventio. Non obstat autem eidem exceptio scientiae. Umm. d. l. n. 10.

§. 6. Effectus interventionis colligitur ex distinctione §. 2. Qui accessorie intervenit, ei non debet esse licitum, quod agentis principali illicitum est. vid. Meichsner. d. III. dec. 32. Quod tamen non sine omni limitatione dimittit Vant. de nullit. rubr. quis dic. null. ratione ejus, cujus principaliter interest, idem de minore & de casu, ubi reipublicae inter-

interest, ut tertius audiatur, dicendum, Umm.
disp. XI n. 11.

§. 7. Qui vero vel animo excludendi
presentes litigantes intervenit. Vel mini-
mum non animo alterutri adfistendi sed *v. c.*
ut concreditor jus suum persequendi: Illi
omne jus, quod sibi competere putat, in
quocunque statu lis deprehendatur, dedu-
cere integrum est. Aliorum autem proces-
sui moram injicere nequit. A judice inte-
rim, ut res sub cautione de restituenda ad-
judicetur, cavebitur.

TIT. XVI.

De Litis Contestatione.

§. 1.

Litis Contestatio dicitur de actore & de
Reo. Actor litem contestari dicitur com-
parendo in judicio & libellum editum denuo
repetendo *l. un. C. de lit. cont.* Carpz *proc. t. 6.*
art. 1. §. 15. Reus autem si ad actionem con-
grue respondet affirmando aut negando Ros-
bach. *tit. 49. §. 2.* Unde pro utriusque com-
plexu definiri solet litis contestatio: negotii
litigiosi apud judicem hinc inde facta nar-
ratio.

* *Apud Romanos antiquitus litis contestatio pra-
cipue in actione reali de re presente in jure*

seu coram p[ro]tore fiebat. l. 73. de procur. de in
autem in iudicio proponi cepit l. un. C. b. i. vid.
Revard. pro trib. c. 2. Pollet for. Rom. L. 4. c. 8.

§. 2. Consideratur hodie practice li-
tis contestatio potissimum intuitu rei. Huic
enim per sententiam injungitur. Hic in-
expensas ea vel neglecta, vel non debite
facta condemnatur. Ejus respectu varie
dividitur.

§. 3. Est autem vel vera, quæ in ve-
ra rei contradictione consistit, vel præsumta,
quando lis propter contumaciam pluries ci-
tati pro contestata habetur. Negative jure
communi, affirmative jure Saxonico, ut pro
confesso reus habeatur Carpz. I. c. 10. d. 14.
Ex opposita exceptione non amplius infer-
tur c. 1. de lit. contest. in 6. Vinn. L. t. q. 17.

§. 4. Est vel generalis, quæ narrata
prout narrantur & dicta prout dicuntur neg-
gat & specialis, quæ ad singula libelli capi-
ta respondet. Ast illa per R. I. noviss. §. 57. sub-
lata & sola specialis injuncta est. Quod
speciatim diu obtinuisse in Saxonia testatur
Carpz. proc. t. 10. art. 3. n. 33.

§. 5. Est vel affirmativa vel negativa.
Illa est qua reus fatetur petitum, sed huic
suz confessioni exceptionem peremptoriam
annectit. Hæc, qua negat petitum. Magis
usua,

usualis est distinctio in puram & eventualem. Hæc est, quæ in primo termino exceptionibus dilatoriis in hunc eventum, si iis satisfactum subjungitur *vid. R. I. noviss. d. l. Zanger de except p. II. c. 9. n. 16.* Sed & hæc constitutio jam antea apud Saxones invaluit. Stryk. *introd. ad prax. c. 9. §. 14.*

§. 6. Est vel solennis in processu ordinario, vel minus solennis in summario, *Summarische Einlassung in Executivo* speciatim recognitio documentorum vel diffessio pro litis contestatione est.

§. 7. Fieri debet litis contestatio non tantum ad singula capita, sed quoque clare & perspicue, mit ja und nein ohne Anhang. Hinc rejicitur obscura, conditionalis. Et quidem ex officio judicis, licet actor non urgeat. *Carpz. I c. 10. d. 2. 3.* Neque admittitur in ultima positione *Schwendend. ad F. big. p. 514. Carpz. d. l. d. 15.* Ne scilicet actori occasio excipiendi contra incongruam adimatur.

§. 8. Quod si reus plane per procciam respondere ad libellum nolit, pro contumaci habetur & proceditur contra eum *ut in tit. F.* Pœna scilicet eorum, qui litem non descriptis modis atque forma contestantur, est refusio expensarum, citatio alia sub pœna confessi, comminatio denegationis ul-

terioris audientia, secundum contumacia gradus. Carpz. *d. l. def. 13. 14. & seqq.* Multum hic deferendum iudicis arbitrio, qui emendationem sæpe sine coercitione admittit *vid. Rauchbar. p. 1. q. 1.*

§. 9. Non tantum in propria persona, sed quoque per procuratorem reus litem recte contestatur. Modo ille contestetur, qui legitimam standi personam in iudicio habet. Speciali mandato non est opus, *Mynsing. IV. v. 99.* ne quidem in affirmativa, licet hic res magni præjudicii versetur *vid. Schvwendend. d. l. p. 514. l. de Fibig.* Multo magis igitur tutores, curatores, & similes personæ efficaciter contestantur. *Umm. XII. §. 2. ubi & jus antiquum. vide n. 5.*

§. 10. Litis contestatione opus est *vid. §. 6.* in omni processu petitorio & possessorio. Neque defendi posse puto exceptiones, quas refert *Socin. ad c. quoniam X. ut lit. non contest.* quia in omni causa responsione rei congrua opus est, ad formandum controversiæ statum. Secus tamen est in causis, ubi per mandatum sine clausula in camera proceditur. Nam alibi mandata, si reus contradicendi causam se habere putat, resolvuntur in citationem. Adde *Stryk. de decret.*

§. 11. Excluduntur à litis contestatione impertinentia & aliena à negotio, si actor
quæ.

quædam libello inferuit. Quorsum & ea, quæ juris sunt, referuntur, ne scilicet controversiæ magno justitiæ incommodo frivole protrahantur. *vid. Carpz. d. l. def. 21.*

§. 12. Pariter & litis consortes, si alter eorum litem rite & legitime contestatus est, non onerantur nova litis contestatione. Verum sufficit, si declarant, quod consortis responsioni adherere velint cum omnibus clausulis & qualitatibus. Inde, si vitiose quoque consors contestatus est, qui ejus responsioni adhæreat, vicissim & incommoda inde sentiunt. *Oldrad. consil. 290. n. 2.*

§. 13. Effectuum litis contestationis longa series apud Romanos, *vid. Voet. ad ff. tit. de jud. §. 149.* Sed plus vice simplici dictum, ex ipsa juris Romani ratione, quod litis contestatio sit principium sive fundamentum judicii, concludendum, quod moribus citationi eadem sint attribuenda. Neque vero distinguendum inter personam judicis atque litigantes, quod ad oculum ostendit Schilter *tit. de jud. §. IV.* Interim manserunt tamen effectus, quæ litis contestationi ideo adscribuntur, quod sit quasi contractus, unde hodiernum jurisdictio per eam demum prorogatur, libelli mutationem impedit *vid. tit. de libell.* Non tamen indistincte ad L.

C. recurrendum. Nam actiones ex delicto perpetuantur jure canonico praxi recepto.

TIT. XVII.

De probatione & presumptione.

§. 1.

Post L. C. auctori vel etiam reo injungitur per sententiam probatio. Probare est judici fidem facere. Et probatio complexus eorum actuum & signorum omnium, per quae fides generari solet. Quae ad quatuor summa capita testium, instrumentorum, inspectionis ocularis, & juramenti reducuntur.

§. 2. Probatio est vel solemnis, vel summaria sive demonstratio. Haec locum habet in causis summaris, jussu judicis precedere potest. Nec terminis probatoriis adstringitur. Nec articuli communicantur &c. Quae omnia se fecus habent in probatione solenni sive ordinaria.

§. 3. Igitur in ordinaria danda operatione quis anticipet probationem *vid. Philip. confid. II. ad 13. proc.* vel elabi patiatur terminum probatorium, quia peremptorius est. *Mev. P. VII. dec. 36.* Hinc mature petenda dilatio *Carpz. proc. iii. 13. art. 1. n. 141.* vel minimum offerendi articuli cum nominibus testium, & de-

& documentorum copiis, quod ultimo momento adhuc permittitur. Carpz. tit. 15. arg. 1. n. 97.

§. 4. Conceduntur autem quatuor dilationes. Binae priores sine causae cognitione, quamvis non sine causae allegatione. Tertia autem cognitionem requirit & solennitatem legalem seu iuramentum malitiae. Quod eo magis de quarta dicendum. *vid. Gail. O 91 R. I. 1654. §. den Punct der probation ibique Gamsius*

§. 5. Imo consultum est, primo adversarii conscientiam per positiones breves, claras, & pertinentes è libello formatas, cumque iuramento dandorum propositas tentare, ut praestito iuramento respondentorum, veritas minus sumtuoso remedio ita extorqueatur *vid. Stryk. introd. c. XVII. §. 9. seqq.*

§. 6. Formam magis intelligimus sub speciebus singulis. Datur & probatio ad perpetuam rei memoriam, quae non alligatur certo termino. Locus ejus potissimum est, si testes senes, vel aliud periculum subsit, ne quis expectando ordinarium litis contestationis tempus, omni probationis subsidio cariturus sit. *vid. quae novissime & prolixè de hac commentatus est DN. Werlhoff.*

§. 7. Id omni probationi commune est, quod incumbat ei, qui asserit factum, seu qui se fundat in facto dubio. Dubium autem factum est, quod adversarius non est confessus. ut confessionem rectius dixeris modum à probatione liberandi, quam probationis speciem.

§. 8. Requiritur autem, ut confessio sit facta in iudicio, ut sit acceptata *vid. Gail. I. O. 55. n. 8.* & quidem specificè Sed primum requisitum fallit in extrajudiciali deliberata, vel repetita *vid. Stryk. Caut. Contr. II. 7. 5.* Hinc rectius animus deliberatus inspicitur, quam locus. Secundum autem jam Cynus *in l. un. C. de confess.* rejecit. Distinguit Mynfinger *IV. O. 51.* Nos id ad rixas evitandas commendamus. De acceptatione pro parte, *vid. Brunnem. c. 22. proc. civ.*

§. 9. Communiter & notorium *conf. c. 17. n. 4. r. c. 19. & 21. ibid.* Huber. *b. t. prel. à probatione* excludunt. Sed quid notorium? quod notum est iudici. Si de jure & ejus observantia dubium, omnino videtur iudicis fides sequenda. Si autem de facti circumstantiis, credendum quidem principi, ut secundum suam scientiam iudicet. Inferiori autem, non, nisi res sit valde exigua, vel communi calamitate belli, tempestatis &c. aliquid factum. Alias enim regula nota: iudex

judex judicat secundum acta & probata.
de probatione juris vid. proleg. §. 56.

§. 10. Porro à probatione liberatur,
qui presumptionem pro se habet. Est vero
presumptio collectio, quod aliquid ita se ha-
beat, vel non habeat propter ordinariam
rerum connexionem. Igitur bene presu-
mit, qui naturam negotiorum politicam na-
turalemve probe callet. Inde quoque est
origo probationis quam artificialem vocant.

§. 11. Dividitur presumptio in juris &
facti ista in eam quæ juris tantum & quæ ju-
ris & de jure. Binæ priores ejusdem sunt,
efficaciz. Quia eandem originem agnoscunt.
Differunt saltem, quod altera in juris syste-
ma relata, altera non æque.* Posterior autem
excludit probationem in ** contrarium.

* Unde sapius judices cupido subit pro lubitu in
in his evagandi, illis cæco impetu adharendi.

** Contra naturam presumptionum & probabi-
litate, equitas tamen in eo est, quod quia
certis factis saltem jus hanc presumptionem vel-
uti annexuit, in potestate cujuslibet sit hac
declinare vid. Struv. synt. J. C. h. t. 1b. 17.

TIT. XVIII.

De Testibus.

§. 1.

Testimonium dicere regulariter quilibet cogitur propter publicam necessitatem, ut justitia fiat. *c. 1. X. de test. cog.* Adeo ut nec jusjurandum de custodiendo arcano hic valeat *c. IV. d. 1.* Quia nemo privato suo pacto vel etiam juramento obligationi publicæ se subtrahere potest.

§. 2. Excipiuntur autem proxime sibi juncti *vid. l. 4. §. 5. ff. b.* Excusant quoque dignitas major, adversa valetudo, senectus, alicubi nobilitas à comparandi necessitate. Si veritas autem aliter haberi nequit, nec hæ personæ immunes. Mittitur ad pædes quoque eorum *arg. l. 15. De jurej. vid. Voet. ad ff. b. 1. §. 14.* Ubi & de teste peregrino §. 16.

§. 3. Plane non admittuntur suspecti. Causæ suspicionis nullis includuntur regulis sicuti nec ipsa suspicio humana. Unde & mera exempla *sub. h. 1. in ff. occurrunt. vid. l. 3. §. 2. b.* In civilibus *c. 54. X. d. 1.* qui de crimine emendatus est, excepto perjurio non debet repelli. Ne forte nemo superfit. Rejicitur quoque simplex testatio *in l. 4. C. b.* Cui non contradicit *c. sicut de R. jur.* De testibus

bus queritur ipse imperator in procem. ad Nov. 90. &c. 3. & commendat partibus, ut futuro negotio idoneos conquirant.

§. 4. Quod & hodie observandum, præcipue danda opera ne plures citra necessitatem commendicemus tum ob sumtus, tum variationis periculum. Unde sæpe unus idoneus juramento suppletorio adjuvandus melior. Neque vero illicitum, per amicum sciscitari, an sciant aliquid & quidnam, ne frustra producantur.

§. 5. Modus producendi testes est, ut articuli de negotio succincti conficiantur, ut judici post interlocutoriam intra terminum probatorium cum directorio offerantur, ut communicatio articulorum ad dandum interrogatoria, citatio immediata & mediata testium cum examine & impositione juramenti adversarii ad videndum, jurari & tandem rotuli confectio petantur. Protestatio solet communiter simul contra interrogatoria impertinentia adjungi.

§. 6. In termino productionis denuo comparet producens & peractis gratis judici producit testes præsentem, absentes autem denuo sub pena testibus imponi sueta citari petit, reiteratis simul de examine, juramento, registratura & rotulo prioribus petitionibus.

§. 7. Productus autem producit sua interrogatoria petens ut & super iis testes fideliter examinentur. Reservat sibi exceptiones contra personas & dicta testium cum quibusvis sibi competentibus beneficiis, speciatim reprobatione. Quibus peractis prævia admonitione jurant & in * secreto iudicis examinantur.

* *Quod licet ex male intellecto jure civili vid. Wissenbach. tb. 33. b. 1. ratione tamen non caret.*

§. 8. Examine peracto iudex citat partes ad publicationem attestatorum. Hac publicatione facta non amplius integrum producenti est in eadem vel alia instantia super articulis iisdem, vel contrariis testes alios producere, aut præcedentium examen repetere *vid. tamen c. 3. X § 17. b. 1. Carpz. I. c. 16. d. 30. Gail. I. 163. 105. Umm D. 16. tb. 13. n. 97. & ibi alleg.* Ubi exceptiones.

§. 9. Testibus sunt suppetitandi sumtus, si in loco remotiore habitant. Adeo, ut plane ante iter ingressum ipsis mittendi sint *Umm. §. 1. n. 58.* Habetur ratio conditionis personarum. Lucrum pensatur tantum iis, qui ex operis quotidianis vivunt *vid. Gail. d. l. O. 92.* Pœna falsa dicentis est arbitraria, secundum damnum datum. *Idem O. 100.* Ultra

tra articulos ipsorum responsis non creditur
O. 101. n. 9. ibid.

TIT. XIX.

De Fide Instrumentorum.

§. 1.

Instrumentum late dicitur omne id per
 quod causa instrui potest v. c. ligna fissa
Serb. Hölzer vid. Stryk. pecul. differi. Voet. Sect.
I. c. 2. de Nat. item si furti instrumenta, vel
 venena apud aliquem deprehendantur *o. l. i.*
b. i. stricte autem scriptura de negotio aliquo
 gesto testimonium perhibens. Continet vero
 negotium gestum vel principaliter, vel inci-
 denter. In effectu non interest, modo suffi-
 cienter ex eo de negotio constet. *vid. C. V. x.*
b. authent. si quis in ant. Q. de edendo.

§. 2. Instrumentum hoc sensu est vel
 publicum, vel privatum. Illud quod vel à
 Notario scriptum, vel in iudicio vel alia ra-
 tione auctoritate publica confectum, vel à tri-
 bus testibus subscriptum. Hoc quod tale
 non est, modo visibili vitio careat. Vel non
 sit perplexum, contradictorium, obscurum
 continéat causam debendi.

§. 3. Instrumentum publicum probat
 plene. Exceptiones habet Voet. *b. i. §. 8.* Mo-
 do dictis requisitis omni instrumento com-
 muni

munibus gaudeat & suis solemnitatibus sit instructum. Capiendum tamen hoc de originali seu authentico, nam exemplum hujus efficaciz non est. Nisi vidimatum *vid. Introduct. ad prax. c. 19. §. 5.* Vel auctoritate judiciali transcriptum Voet. *ad ff. b. t. §. 7.* Vel è protocollo notarii descriptum & ejus subscriptione munitum Fab. *Cod. L. IV. t. 16. d. 16.* Aliud *vid. l. 45. §. 6. ff. de jur. fisc.*

§. 4. Instrumentum privatum sive liberatorium ut: apocha, sive obligatorium, ut: chirographum, syngrapha, probat tantum contra scribentem, non pro scribente. Modo itidem contineat causam debendi & sit à scribente recognitum. Contra temere negantes sancit *authent. contra C. de non numer. pecun. ibi Grænev. v.* Requiritur Insuper appositio nominis. Alias nec holographum probabit Voet. *d. l.*

§. 5. Medii veluti generis inter publica & privata sunt libri mercatorum, publicanorum, rationes sociorum Menoch. *II. A. I. C. c. 92. Felic. de societ. c. 38.* Hæ enim scripturæ, modo diligenter confectæ & ordine per juramentum suppletorium plenam probandi vlm nanciscuntur. Bruunem. *proc. civ. c. 119.*

§. 6. Per R. I. 1654. §. 24. Instrumentum hodie in copia libello jungendum originarium

Tit. XIX. D
 alium vero pro
 mo probatori
 are Canonica
 1. 9. X. l. 1. Pr
 ceptus est Schil
 §. 7. Pr
 clausulam con
 proc. in. 14. ar
 gnoscenda. J
 re communi h
 jurato diffiden
 cognitionis est
 liquidum. R
 reconventio,
 exceptionibus
 tur instrumen
 tum, sed hæc sol
 vimentum ad
 timenti testan
 tione v. l. 13.
 hoc modo regu
 us petendi amil

De inspectio

Quoscunq
 quam visu v
 posse: decernit

nalium vero productio fit post L. C. in termino probatorio. vid. prolix. Schilt. *b. t. § 21.* Jure Canonico amplior terminus indulgetur *c. 9. X. b. t.* Prior tamen plerisque in locis receptus est Schilt. *d. l.*

§. 7. Producuntur autem sæpe quæ clausulam concernentem Carpz. *P. I. c. 17. d. 7. proc. tit. 14. art. 1. n. 28.* Producta sunt recognoscenda: Jure Saxonico omnia. Secus jure communi Brunnem *proc. civ. c. 19. n. 33.* vel jurato diffitenda si scil. privata. Effectus recognitionis est, ut instrumentum per eam fiat liquidum. Reservatur tamen recognoscenti reconventio, licet non recognoverit salvis exceptionibus Brunnem. *n. 35. d. l. b.* succurritur instrumentis per comparisonem litterarum, sed hæc sola non plene probat. Majus firmamentum addunt testes de confectione instrumenti testantes *vid. c. cum Joannes X. b.* De amissione *v. l. 13. C. b.* scilicet celeritas probandi hoc modo regulariter perit, non vero ipsam jus petendi amissum est.

TIT. XX.

De inspectione oculari & calculo.

§. 1.

Quotiescunque ex actis liquet vix aliter quam visu veritatem probari & ostendi posse: decernitur ocularis inspectio vel ad

Tt

peti-

petitionem partium, vel quoque ex officio Ruland. *de commiss. P. I L. 6. c. 2. n. 1.* Casus ubi inspectio necessaria perspicue recenset Stryk. *de J. S. D. I. c. 1.* Non solum loca, sed quoque homines, vulnera, instrumenta inspiciuntur.

§. 2. Ponderare vero debet iudex causas, ne temere suscipiatur Mev. *P. IV. Dec. 139. n. 3.* De tempore autem sollicitus non est, neque enim ad terminum probatorium restricta est, vel didicita attestata, propter rationem in *c. fraternitatis X. de frig. & malef. Berlich. I. c. 47. n. 26. Philip. c. 1. tit. 28. Proc.*

§. 3. Ad modum spectat, ut partes ad eam videndam fieri citentur Mev. *V. dec. 226.* Simul adsumuntur notarii, qui actum describunt. Atque rerum periti, qui cognoscant quaesita *vid. praej. ap. Philip. d. l. n. 6.* Ichnographia quandoque conficienda tantum, quandoque sufficit relatio. *vid. R. I. 1654. §. wenn es um Grenzen. Oeting jur. lim. II. c. 6. & supr. tit. fin. reg.*

§. 4. Qui à iudice ad inspiciendum adhibentur juramento constringendi sunt, ni jam publico juratam fidem dederunt Stryk. *d. l. c. 2 n. 41.* De sumptibus diverse respondendum *vid. Brunnem. proc. civ. 22.*

§. 5. Saepe etiam in probando ad calculum recurritur. Qui ut debite subducatur

calculatoribus
ritur, cum rel
per pronunc
cernendi est
et ad instantiam

De Publica

Descriptis m
dicitur ter
quam partes n
endo sua dicit
rum, relation
tutorum.

gundo. Perscr

§. 2. Ne v

entur & certum

entis advocatis p

am. tit. 17. Phi

veritas probe fo

veritate applicand

ca industria vid. S

§. 1. 19. Ubi & d

confilia

Quae partem nego

tur calculatoribus presentibus partibus committitur, cum relatione ad iudicem, ut desuper pronunciet. *Proc. Elect. d. 1. 28.* Modus decernendi est itidem duplex vel ex officio, vel ad instantiam partium.

TIT. XXI.

De Publicatione & disputatione probationum.

§. 1.

Descriptis modis probatione peracta indicitur terminus publicationis. Postquam partes iura sua deducunt. Defendendo sua dicta testium, valorem documentorum, relationes inspicientium & calculos supputatorum. Vel è contra eadem impugnando. Per scripta salvationis & elisiva.

§. 2. Ne vero in infinitum partes evagentur & certum tempus & positionum numerus advocatis præscriptus de Saxonia *vid. Carpz. tit. 15. Philip. ad l. 29. d. l.* In statu controversiæ probe formando & dicta testium nervosè applicando præcipue apparet advocati industria *vid. Stryk. introd. ad prax. c. XXI. §. 1. 2. seq.* Ubi & de cautela contra scripta confusa.

* *Qui naturam negotii & qua coherere naturaliter*

liter vel se invicem excludere soleant, & an raro an sepe soleant, callet, vix aberrabit, vid. Thonni-ker, advoc. prud.

TIT. XXII.

De Juramentis.

§. 1.

Si defunt probationes, vel non sufficientes recurritur ad juramentum. Nam per juramentum potius quis à probando se liberat, quam ut probet. Juramenta autem sunt vel assertoria, vel promissoria. Illuc spectant juramentum minorationis, expensarum, Zenoniarum, in litem, perhorrescentiæ.* Huc autem juramentum voluntarium, judiciale, necessarium, quod, vel suppletorium vel purgatorium, juramentum calumniæ, malitiæ speciale & juramentum testium.

* *De quo supra.*

§. 2. Minorationis juramento reus turbatæ possessionis in Saxonia damnum ab actore liquidatum minuit. Zenoniano civili jure actor eodem casu suam liquidationem roborat. Expensarum juramentum in Camera frequentatur *vid. O. C. P. I. tit. 68. 67.*

§. 3. In litem autem est vel regulare, quod de rei corporalis in quam cadit affectio, quam-

Tit. XXII
 namque reus r
 culpa perditam
 is praestatur.
 os incorporabil
 tant, quarum al
 ratur. Sola
 quibus locum h
 quem deferen
 nal de pret. aff
 §. 4. Vol
 defertur qui tra
 transigitur. In
 vanda. Alibi
 arretata Stryk
 ceptione, ad
 II. art. 1. n. 11
 §. 5. De
 citur. Sed j
 referendum.
 interlocutoria.
 Saxonia in ol
 pendenda citatione
 §. 6. Sup
 hemptene prob
 to casis fecernat
 dij. III. n. 78. Pu
 à judice et, qui
 sive reus sit, sive

quamque reus restituere dolo, in signive culpa perditam nequit, pretio affectionis præstatur. Vel irregulare, quod de rebus incorporalibus, vel quæ in factò consistunt, quarum alias proprie pretium non est præstatur. Sola hæc definitio causas in quibus locum habet. cui & quando & contra quem deferendum declarat. vid. DN. Thomas *de pret. affect. in res fung. non eod. c. 3.*

§. 4. Voluntarium autem & judiciale deferunt qui transigunt & in causis de quibus transigitur. In Saxonia initio delatio reservanda. Alibi sufficit deferre ante didicita attestata Stryk. *d. l. c. 20.* Reus desert super exceptione, actor super actione Carpz. *proc. tit. II. art. 1. n. 113.*

§. 5. Delatum voluntarium libere recusatur. Sed judiciale vel acceptandum vel referendum. Munitur sententia judicis interlocutoria. Probe tempus observandum in Saxonia in oblatione ad præstandum & petenda citatione Carpz. *d. l. art. 3.*

§. 6. Suppletorium desertur à iudice, si semiplene probatum. Actori & reo, modo casus secernantur, (quos secrevit Umm. *disp. XII. n. 78.* Purgatorium desertur itidem à iudice ei, qui suspicionibus gravatus est sive reus sit, sive contra eum excipiatur.

Carpz p. III. c. 46. d. 15. in omni causa Mev. IV. 8. 11.

§. 7. In hoc conveniunt juramenta voluntaria, quod post acceptationem deferenti viam aliter probandi præcludant, nisi liquidæ probationes supervenerint Mev. P. II. dec. 93. præstita autem querelam perjurii prorsus removent l. i. C. b. Carpz. P. i. c. 16. d. 12. sequ.

§. 8. Juramenta necessaria autem, cum plane res subsidiaria sint, acceptata non tantum probationem in contrarium admittunt, sed propter emergentia nova instrumenta plane retractantur, adeo, ut ne quidem in integrum restitutione prætoria opus sit Bachov. ad Tr. vol. 1. d. 21. th. 10. I. E. v. l. 31. b. 1.

§. 9. Juramentum calumniæ generale præstatur iudice jubente à litigantibus initio processus de eodem citra calumniam ad finem perducendo R. I. 1654. §. Ueber dieses verordnen. Expresse remitti nequit, bene autem tacite c. 1. de jur. calumn. X. in 6. Immunes sunt ab eo, qui ex officio agunt. vid. Gail. 1. c. 90.

§. 10. Effectus est ut liberet à suspicionem calumniæ. Non à pœna temere litigantium, quia temeritas sæpe sine calumnia est. Accedit quod jure civili pœna temere litigantium denuo in Inst. repetita plane fru-

Tit. XIII.
 extranea ellet.
 ritatur in omni
 calum.
 §. 11. In
 juramentum ma
 raliu homines
 non oblat def
 quod ad occult
 edit jurament
 tendam retinen
 est in quatione
 D
 R. Eus repro
 Nficiendis art
 dem, omnia
 hoone. De te
 e publicationem
 pretari & quo
 his articulis rep
 debeat.
 §. 2. Obl
 reproborius, q
 nuz citationis
 rum Capp. XIII
 probam exceptio

frustranea esset, nam juramentum calumniæ præstatum in omni processu *l. 2. pr. C. b. t. de jur. calum.*

§. 11. In Saxoniam magis frequentatur juramentum malitiæ speciale. Quia generalium homines parum sunt memores. Inde non obstat defensio juramenti calumniæ, quod ad occultam malitiam, quam non attendit juramentum malitiæ speciale, coercendam retinendum esset. Nam hæc efficacia est in quæstione.

TIT. XXIII.

De reprobatione.

§. 1.

REUS reprobationem recepturus in concipiendis articulis, reproductione testium eadem, omnia observat, quæ actor in probatione. De tempore tenendum, quod ante publicationem attestatorum contra eam protestari & quod reprobatione uti velit oblati articulis reprobatorialibus judici ostendere debeat.

§. 2. Observandus igitur est terminus reprobatorius, qui currere incipit à die infinuatæ citationis pro publicatione attestatorum *Carpz. XIII art. 2.* jungitur reprobationi probatio exceptionum peremptoriarum. *Mo-*

do enim reus actoris petitionem à se amoliat
tur sive directo sive indirecto, non refert.

§. 3. Omnino tamen distinguendum
an probatio per testes, an per documenta
facta. Hoc enim casu non à tempore reco-
gnitionis iudicis sententia approbata, sed à
citatione ad disputationes attestatorum, ter-
minus reprobatorius computatur *O. P. Elect.*
tit. XXI.

§. 4. Licet quoque anticipare repro-
bationem, ut statim post visos articulos pro-
batorios reus eam suscipere & pari passu
cum probatione, ordinate tamen finire pos-
sit. Sed præter alligatas *L. C.* exceptiones,
alias articulis inserere omnino prohibetur. *O.*
P. d. l.

§. 5. Si constat reum didicisse atesta-
ta actoris plane ad reprobationem non ad-
mittitur. Uti nec ad secundam reprobationem
peracta prima. Nec actor ad aliam reprobatio-
nem contra reprobationem rei. Nisi reo per-
missum fuerit immiscere exceptiones in *L. C.*
omissas *Philipp. d. l.*

TIT. XXIV.

De conclusione in causa & sen- tentia.

§. 1.

PROBATIONE, reprobatione cum disputatio-
nibus

nibus & allegationibus finitis in causa concluditur & his futuræ sententiæ submittitur. Quod si tamen submittente altera parte, altera novi quid denuo ingerat, vel responsio conceditur, vel protestatione in ultima positione quis sibi consulit *vid.* Brunnem. *proc. civ. c. 26.*

§. 2. De divisione conclusionis *vid.* Umm. *d. 19. ib. 1.* Tempus autem nullibi determinatum est de jure civili *vid. l. 13. pr. l. de judic.* Quod si partes plane concludere nolint, judex terminum præfigit cum præclusionione ulterioris admissionis positionum Mynsing. *III. 17. f. Mev. V. 414.* Magna autem post conclusionem judicis libertas est. *Mev. III. d. 185.*

§. 3. Constituitur tandem parte petente terminus irrotationis ad quem citantur litigantes, ut acta perlustrent. Contra collegia sibi suspecta protestentur. Ad transmissionem tamen non omnis judex cogitur. Neque vero, ut e contrario ipse judicet, adigitur. Sumtus præstantur à petente. De relatione & perfectione actorum Stryk. *intr. pr. c. 21.*

§. 4. Sequitur sententia, quæ vel interlocutoria vel definitiva vel mixta; vel pura, vel conditionalis *vid.* Brunnem. *d. l. c. 27.* Sententia omnis debet conformis esse

T t § actis,

actis, atque probatis, innixa juri scripto vel consuetudini certa & perspicua. In scripturam redacta atque perlecta judici pro tribunali sedente. Exceptiones vid. apud Bartol. ad l. 1. C. de sentent. & interloc. ibique Gothofr. Cujac. III. o. 5.

§. 5. Effectus sententiæ est, quod post eam judex antiquo jure suo officio functus, sed de hoc & ejus non usu supra. Post decendum nanciscitur vires rei judicatæ, imo interdum citius, interdum multo serius. Lis habetur pro sopita, obstat denuo litigaturo exceptio rei judicatæ vid. Barbof. thesaur. locuplet sub rubr. res jud. Si expensæ adjudicatæ, partis est eas liquidare alicubi jurare. Mev. II. d. 359. Audiendus tamen & regulariter victus. Accedit moderatio judicis.

TIT. XXV.

De remediis suspensivis.

§. 1.

Publicata sententia, cui ad palatum non est varia remedia parata sunt contra eandem. Peti solet declaratio, si obscurior apparet transmissis denuo ad collegium, quod pronuntiavit actis. Et ab hac facta declaratione tempus decendii computatur. vid. Mev. P. I. dec. 109. 110.

§. 2. E-

§. 2. Enimvero utilitatisfima sunt Leuteratio & appellatio. Illius usus coram eodem iudice est in Saxonia. Hæc causam devolvit ad superiorem. Est autem Leuteratio lata sententiæ à viribus rei iudicatæ suspensio, cum petitione, ut ejus iniquitas emendetur & secundum acta aliter pronuncietur.

§. 3. Interponitur intra decendum, per schedulam leuterationis, quæ in sententia publicata præmittitur, iniquitas ejus summariter indigitatur & terminus ad prosecutionem petitur citato adversario. In termino prosecutionis justificatis formalibus gravamina deducuntur, novaque sententia rogatur. Leuteratus vicissim, ne acceptetur, ne acceptata frivola gravamina attendantur, exceptionibus suis allaborat.

§. 4. Semel interposita communis est utrique parti, ut post citationem leuterans solus renunciare nequeat. Repeti non potest, nisi in causis exceptis oberleuteratio permittitur. Non operatur ultra partes sententiæ leuteratas. Leuterante in termino non comparente habetur pro deserta, *vid. Pr. Elect. tit. XXXV. Carpz. P. I. c. 19. & 20. Martini ad O. P. d. l.*

§. 5. Appellatio est provocatio à sententia in inferiore iudicio lata ad iudicium superiorem.

superius. Interponitur, vel stante pede in, in judicio, vel ibidem per schedulam, vel coram notario Carpz. *d. l. c. 20. d. 1. 2.* Forma est, ut præmissis sicut in leutatione animus appellandi declaretur & annotatio ejusdem cum apostolis reverentialibus petatur intra suctum decendum.

§. 6. Sequitur introductio coram superiore, quæ recentis peractis exhibitione apostolorum, petitione mandati inhibitorii & pro injungenda transmissione actorum, primæ instantiæ intra suctum curiæ terminum sub pœna desertionis absolvitur.

§. 7. Porro petitur terminus pro appellatione justificanda. Quæ justificatio in formalibus & materialibus in termino peragitur. Appellatus sibi cavet ut in §. 3. Submittitur post altercationes novæ sententiæ, quæ vel prioris reformatoria pro parte aut in totum, vel confirmatoria.

§. 8. Novi articuli in appellatione non admittuntur, nisi quibusdam casibus Carpz. *d. l. ad c. 20.* Nec omissæ exceptiones peremptoriæ, *idem d. 10. dec.*

§. 9. Appellatio autem non ab omni causa permissa est, prohibetur enim in matrimonialibus, consistorialibus, certo scilicet respectu, in rebus infra summam appellabilem, jure communi à tribus sententiis con-

formi-

Tit. XXV. I.
formibus i. l. c.
criminalibus fr
peculiaritrat

§. 10.
utriusque ling.
quam appellat
ciabilis, ut con
differ. de comm
judicatæ impo
liger, ni atre
dend. ad Filig

§. 11. T.
salim à sente
judice illato
ad d. de gram

§. 12.
rifo, supplic
linaria quor
dicitum boni

provocatio ad
De quibus in e
teur in casibu
piorum. Res

vel partes simu
hoc institutum
cont. nov. jur.

ad d. l. c.

§. 13. Int

formibus t. t. C. ne lic. in un. ead. sent. praxi à criminalibus frustra dissentiente. Oldekop. peculiari tract.

§. 10. Appellationis effectus est, ut utriusque litigantis commodo cedat, ut postquam appellatus ei adhæserit, sit irrenunciabilis, ut consortibus litis conducatur Stryk. *dissert. de commun. appell.* ut sententiæ vires rei judicatæ impediatur, ut judici inferiori manus liget, ni attentati reus esse velit Schvven-dend. *ad Fibig p. 862.*

§. 11. Tandem notandum, quod non saltim à sententia, sed ab alio gravamine à iudice illato liceat appellare L. B. de Lynk. *tract. de gravam. extr.* dantur & alia suspensiva.

§. 12. Sunt & adhuc alia remedia, revisio, supplicatio, restitutio in integrum ordinaria quorundam locorum, reductio ad arbitrium boni viri, denunciatio Evangelica, provocatio ad vallum Josaphati & similia. De quibus in explicatione. Jure civili noscebatur in casibus difficilioribus relatio ad superiorem. Referebat autem vel solus iudex, vel partes simul relationem instruebant. Sed hoc institutum sustulit Justinian. *in novell. 125. authent. nov. jur. C. de relat.* Vestigia tamen hodiernum sibi observare visus est Grænevveg. *ad d. l. C.*

§. 13. Interdum plane nullitatis arguitur

tur sententia. Si scilicet, vel in meritis causæ contra jus commune pronunciatum, vel regulæ processus & solemnitatum non observata. Vaut. *de nullit. process. & sentent. tit. quid sit nullitas.* Rosbach. *proc. civ. tit. 72.*

§. 14. De tempore non convenit in foris Germaniæ, jus commune triginta annos concedit proponendæ querelæ nullitatis Gail. *l. 127. n. 8.* Nisi ipsa actio de qua sententia lata breviori termino circumscribitur. Bald. *in l. 11. C. qui doc. non poss. n. 59.* jus Saxonicum terminum Saxonicum præfinivit *tit. XXXVIII. O. P. Elect. Per R. I. noviss. 1654.* distinguitur inter nullitatem sanabilem & insanabilem, illo casu solum appellationis ordinariæ tempus conceditur. §. 121. Gaml. *ibid. Mev. p. 1. d. 100.*

§. 15. Proponitur nullitas, vel principaliter vel incidenter. Mynsing. *V. O. 129.* Guil. *del.* Cum appellatione caute cumulatur, ut altera alterius incommoda suppleat.

§. 16. Sententiæ executionem scilicet indistincte non impedit. Coler. *de process. execut. p. IV. c. 1. n. 87.* Et si principaliter opposita *vid. Philipp. ad dec. Elect. 15. o. 2. n. 6.* Imo prætendens eam arbitrarie punitur, si frivole sit conquestus Berlich. *l. 61. n. 33. seq.* Quod utrumque secus se habet, si implicite remedio alio suspensivo innectatur Vaut. *d. l. tit.*
quor

quot § quomodo null. n. 34. Philipp. ad O. P. E.
l. d. l. c. 4.

TIT. XXVI.

De remediis contra rem judicatam.

§. 1.

Quod si sententia vires rei judicatz nacta est, nondum tamen omni auxilio reus detrituitur. Vel enim ex *l. 33. de R. jud.* vel ex *atatis capite restitutionem in integrum*, quærit, vel exceptione alia, quæ executioni opponi potest, aut dilatorie, aut in perpetuum sibi consulit.

§. 2. Impenditur quoque rei judicatz effectus per interpositionem tertii. *Gail l. 113. 11. 12.* Præcipue autem hic iudicis officium versatur, ut probe examinet, an saltim cautio ab actore de re tertio restituenda exigî, an plane executio suspendi debeat. *Umm. disp. 23. n. 37.* Adde dicta de Interventione *in tit. preced.* Sicuti & de litteris moratoriis & beneficio competentiz executionem remorantibus jam dictum.

piuntur ab onere executionis, qui vel non defensi sunt, vel in quos sententia non concepta, vel qui possident rem, quæ amplius non est in bonis debitoris. Ampliationes & exceptiones *vid. sis eund. Schilt. d. l. §. 22. sequ.*

§. 5. Fit autem executio vel sententiæ de dando aut faciendo, vel de non faciendo latæ. Hujus ut *v. c.* silentium imponatur, ut à turbatione abstineat vel offensio-
ne, quæ obtinentur per exactam à condemnato cautionem de non contraveniendo sententiæ. *Umm. 23. 23.*

§. 7. Si factum injunctum proceditur per multæ indictionem, pignorationem, mancipationem carceri interdum &c. Summe tamen refractarius tandem præstatione ejus, quod interest, liberatur.

§. 7. Cum autem de dando sermo, fecernendæ sunt actiones reales à personalibus. In illis * fit immisio petitoris præcise in res vindicatas nova admonitione præcedente.

* *Si res mobilis eadem judiciali ope reo aufertur & actori traditur. Debitori seu condemnato juri communi nulla conceditur dilatio §. 2. J. de O. J. Alicubi quatuordecim dies indulgentur. Carpz. proc. 25. 3.*

§. 8. Quod si vero de credito per actionem personalem petito executio decernenda, præmissis monito desolvendo intra terminum præscriptum, in bona à creditore assignanda denuo eadem minuitur & actori notificatio transmittitur.

§. 9. His parum proficientibus actor in termino executionis expensas ad liquidum perducit & certam petitionis summam constituit, bona quædam assignat, utque executio peragatur, petit. De ordine in bonis sequendo *vid. Carpz. I. 32. d. 10. 11. Martini ad O. P. tit. 39. §. 5. Conf. 6. ad eand. Coler. Prec. Exec. III. c. 9.*

§. 10. Mobilibus executioni subiectis eodem præsentate condemnato judicialiter perperitos taxantur & creditori adjudicantur, Quod si partibus displicet, publice proclamantur & venduntur. Martini *ad tit. 39. §. 7.* Atque ita potissimum ratione pignorum practicitur.

§. 11. Mobilibus non sufficientibus pergitur ad immobilia. Resecatur autem ab apparitore in signum executionis peractæ frustula ligni, vel capitur signum aliud, conscriptaque desuper schedula actori traditur. Martini *ad tit. 47. §. 2.* Atque debitor iterata vice solutionis admonetur.

§. 12. Sequitur terminus ad immis-
sionem

Tit. XXVII.
dem præfixus.
i persona judic
aliquo *vid. Rich*
immissio, quo
breve instrum
rigitur. Debito
da subhastatione
§. 13. Sub
nitates cujuslibet
terro pretio, p
num gemina vi
no licitatori ju
Phillipp. de Subh
§. 14. E
cialis. Hac, q
100, in idem ter
niam licitari,
nito creditori
ad tit. 3. 4. §.
§. 15. Si v
interlapso subha
sept ipse ad judic
titatur, ut rem
comerere nolent
disputatio supple
nem transcribitur
rebus conscribit
An debitor oblato
§. 16. *vid. P.*

rem præfixus. Immissio vel fit nudis verbis à persona judiciali prolatis, vel signo itidem aliquo *vid. Richt. de privil. credit. c. 4. sect. 3. n. 9.* Immissio, quo immisionem probare possit, breve instrumentum sub sigillo judiciali porrigitur. Debitori exigua dilatio pro evitanda subhastatione conceditur.

§. 13. Subhastatio fit secundum solennitates cujuslibet loci receptas initio sine certo pretio, post effluxum primum terminum gemina vice iteratur. His finitis primo licitatori jus certissimum acquiritur *vid. Philipp. de Subhast. c. 3. comm. 13. n. 30. 31 sequ.*

§. 14. Est vero vel generalis vel specialis. Hæc, quæ fit cum certo licitato pretio, itidem terna vice, si vero continget neminem licitari, res judicialiter taxata etiam invito creditori adjudicatur. *vid. tamen Martini ad tit. 3. 4. §. 16.*

§. 15. Si vero licitando quis superior præterlapso subhastationis tempore existit, urget ipse adjudicationem. Ad hanc debitor citatur, ut rem judicialiter resignet. Eo comparere nolente, nihilominus à giudice resignatio suppletur & dato laudemio in emitorem transcribitur. De omnibus ita gestis recessus conscribitur & licitanti exhibetur. An debitori oblato pretio eodem rem redimete integrum *vid. Philipp. de Subhast. c. 14. c.*

16. n. 94. Competit annus reuolutionis ipsi, si res adjudicata creditori.

§. 16. Ultimum est debitoris exmissio. Quæ tamen eidem intimatur præfinito termino, quo sponte exire possit. Recusans tandem cum suppellectile ejicitur per apparitores confecto desuper instrumento.

LIB. VI.

De

PROCESSU CRIMINALI.

Tit. I. De processu accusatorio & inquisitorio.

Tit. II. De inquisitione generali.

Tit. III. De inquisitione speciali.

Tit. IV. De iudicio criminali & foro competente.

Tit. V. A quo & quomodo crimen committatur.

Tit. VI. De criminum divisione.

Tit. VII. De pœna furti.

Tit. VIII. De pœna rapinae.

Tit. IX. De furtis publicis residuo & c.

Tit. X. De furtis singularibus rerum privatarum.

Tit. XI.